

Jahresbericht
über das
KARL-FRIEDRICHS-GYMNASIUM
zu
EISENACH

von Ostern 1877 bis Ostern 1878

erstattet
von
dem Director
Dr. Ludwig Weniger

Voran geht eine Abhandlung
Empedocles Agrigentinus quatenus Heraclitum Ephesium in philosophia secutus sit scripsit R. Schlaeger

EISENACH
Hofbuchdruckerei
1878

1878. Progr. N. 553.

920
6

(1878)



Empedocles Agrigentinus quatenus Heraclitum Ephesium in philosophia secutus sit scripsit R. Schlaeger.

I.

Heraclitus qua vixerit aetate certis terminis definiri non potest. Nam cum Diogenes Laertius in vitis philosophorum IX, 1 tradiderit, floruisse eum fere olympiade 69, hoc est circa annos 504—500 a. Ch., quod etiam epistulae duae confirmare videntur, quae feruntur Darei Hystaspis ad Heraclitum huiusque ad illum, quae quamquam subditiuae esse recte iudicantur, tamen ad temporum rationem ineundam certe indicio esse possunt¹, eundem sodalem et amicum fuisse Hermodori scimus², quem anno 452 a. Ch. legum suam scientiam atque usum cum decemviris illis Romanis communicasse Strabo est auctor³. Patriam Heracliti Ephesum fuisse non modo veteres consentiunt sed etiam verba docent, quibus invehitur in Ephesios⁴. Stirpe cum natus esset praenobili, quae ab Androclo Codri filio, qui Ephesum condidisse fertur⁵, originem ducebat et splendidissimo Ephesi munere regis sacrificuli etiamtum fungebatur, — quod munus Heraclitum fratri concessisse memoriae traditum est⁶ — plebis adeo fuit contemptor, ut non solum cum leges ut sibi daret, petivissent ab eo Ephesii, repudiaverit ille quidem istum honorem⁷, sed etiam praestare cum pueris ludere talis, quam cum Ephesiis rem publicam administrare palam professus sit⁸. De extremae illius vitae condicione complures ferebantur inter veteres narratiunculae⁹, quae a studio profectae, viri summi exitum mirum in modum extollendi atque exornandi, veram rei condicionem maiore quam ut expediri iam possit implicuerunt caligine. Neque opus est profecto talia hic commemorare, cum satis iam apertum sit, et quam insignem in civitate Heraclitus habuerit locum et quanta cum ingenii tum auctoritatis inter aequales illius fuerit aestimatio.

Neque de Empedoclis aetate ita inter veteres auctores convenit, ut pro certo affirmare possimus, quo anno natus ille sit, quo obierit mortem. Nam inde ab anno a. Ch. 476, quo anno pugna ad Cremeram commissa est¹⁰, usque ad annum 415, quo anno cum Syracusanis conflixerunt Athenienses, produxerunt veteres florentem et exeuntem illius aetatem¹⁰. Neque quot annos vixerit

¹) Diog. Laertius IX, 13.

²) Hermodoro expulso vitio vertit Heraclitus Ephesiis, quod haec fere praetendissent: *ἡμέων μηδὲ εἰς ἀνέριστος ἔστω, εἰ δὲ μή, ἄλλῃ τε καὶ μετ' ἄλλων*.

³) Strabo XIV, 1, 25 pag. 642. Plin. H. N. 34, 5, 21.

⁴) Ueberweg Grundriss der Geschichte der Philosophie des Alterthums 4. Auflage Seite 41.

⁵) Diog. L. IX, 6. Strabo XIV, 1, S. 632.

⁶) Diog. L. IX, 2.

⁷) *Ἀναχωρήσας δὲ εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀρτέμιδος μετὰ τῶν παίδων ἡστραγάλλε περιστάτων δ' αὐτὸν τῶν Ἑγεσίων, τί, ὦ κακίστοι, θανατίζετε; ἐφη ἡ οὐ χρεῖτον τοῦτο ποιεῖν ἢ μεθ' ἡμῶν πολιτεύεσθαι*; Diog. L. IX 3.

⁸) Zeller, Philosophie der Griechen 4. Aufl. I, 569. A.

⁹) Gellius XVII, 21, 13f; Diog. L. VIII, 2, 1 (51).

¹⁰) Zeller pag. 680. 81.

ille satis liquet. Sexagenarium enim eum mortuum esse Aristoteles prodidit ¹¹; at fuerunt, qui ad annum aetatis centesimum nonum vitam eum duxisse contenderent ¹². De patria eius et genere satis constat. Agrigentinum illum quidem fuisse ex versibus illis conicere licet, quibus doctrinam suam ut verissimam commendavit sodalibus ¹³.

*ὦ φίλοι, οἳ μέγα ἄστυ κατὰ ξανθοῦ Ἀκράγαντος
ναίει' ἄν' ἄκρα πόλεις, ἀγαθῶν μελεδήμονες ἔργων,
χαίρει' ἐγὼ δ' ὄμμιεν θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητὸς
πωλεῖνμαι μετὰ πᾶσι τετιμένος, ὥσπερ ἔοικε' cett.*

et quae subsequuntur: *ὦ φίλοι, οἶδα μὲν οὖν ὅτ' ἀληθεῖη παρὰ μύθοις,
οὗς ἐγὼ ἐξερέω· μάλα δ' ἀργαλέη γε τέτυκται
ἀνδράσι καὶ δούζηλος ἐπὶ φρένα πίστιος ὁρμή.*

Genere fuit claro atque divite. Namque avus eius, cui idem nomen fuit Empedocli ol. 71 Olympia quadriga vicerat ¹⁴, et pater eius Medon amplissimum in re publica locum obtinuerat ¹⁵. Ne hic quidem, de quo agimus, a re publica abfuit, quippe qui patriam a paucorum dominatione vindicavit oblatumque sibi regnum reiecerit ¹⁶. Ex quibus iam satis apparet, fuisse eum et summa dignitate virum et generis nobilitate rerumque gerendarum usu excellentem, ut supersedere possimus illa commemorare, quae de rebus mirifice ab eo gestis aut de morte eius satis obscura apud veteres vulgo ferebantur ¹⁷.

II.

Ea autem fuit apud antiquos Graecos virorum magnorum condicio, ut fama eorum non angustis finibus contineretur urbis vel terrae, cuius cives illi essent, sed per omnes terras Graecas divulgaretur, quin etiam ad extremas oras penetraret, ubi homines habitarent natione Graeci. Inter illos, quorum nomina optimi cuiusque laudibus efferrentur, Heraclitum quoque et Empedoclem fuisse, vix mirabere, si consideraveris, generis amplissimi nobilitati, gravitati ac splendori vitae adiunxisse utrumque sapientiae laudem eximiam, cui qui operam dabant ad deos immortales accedere a Graecis putabantur. Testis huius rei est ipse Empedocles cum dicit ¹⁸:

*ἐγὼ δ' ὄμμιεν θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητὸς
πωλεῖνμαι μετὰ πᾶσι τετιμένος, ὥσπερ ἔοικε . . .
τοῖσιν ἄμ' εὐτ' ἂν ἱκῶμαι ἐς ἄστεα τηλεδόοντα,
ἀνδράσιν ἢ δὲ γυναῖξι σεβίζομαι· οἳ δ' ἄμ' ἐπονται
μύθοι, ἐξερέοντες ὅπῃ πρὸς κέρδος ἀταρπός.*

Quam quidem venerationem nequaquam ab Empedocle ut immeritam reiectam, sed pro iusta esse iudicatam, quae modo relata sunt verba *ὥσπερ ἔοικε* manifesto declarant. Nam ut ad gloriam assequendam omnes tum intentae erant virorum magnorum contentiones, qua spe alliciebantur cum ad publica munera subeunda tum ad rerum universarum quam diligentissimam

¹¹) Diog. L. VIII, 2, 1 (52); 11 (74).

¹²) Diog. L. VIII, 2, 11 (74).

¹³) Mullach fragm. philos. Gr. Parisiis MDCCCLXXV, de Empedocle p. 18 v. 379—401; 411—13.

¹⁴) Diog. L. VIII, 2, 1.

¹⁵) Diog. L. VIII, 2, 11 (72).

¹⁶) Diog. L. VIII, 2, 9 (63).

¹⁷) Diog. L. VIII, 2, 11 (67. 68. 70)

¹⁸) Mullach Emp. v. 400. 401. 403—5.

indagationem, ita gloriam qui magnum aliquid effecisse sibi videbantur tamquam iustam laboris mercedem sibi deposcebant. Eadem quin Heracliti quoque fuerit mens nemo dubitabit, cum legerit illius haec verba: ¹⁹ *‘αἰρεῦνται γὰρ ἐν ἀντία πάντων οἱ ἄριστοι, κλέος ἀέναον θνητῶν, οἱ δὲ πολλοὶ κεκόρηται ὅσως περ κτήνεα’* atque meminerit, suppositiciae quendam Heracliti ad Hermodorum epistulae auctorem haecce apud Ephesios de se praedicantem finxisse Heraclitum: ²⁰ *‘εἰ ἐδύνασθε μετ’ ἐναντοῦς ἐκ παλιγγενεσίας πεντακοστοῦς ἀναβιῶναι, κατελάβετε ἂν Ἡράκλειτον ἐν ζῶντι, ὅμων δὲ οὐδ’ ἴχνος ὀνόματος· ἰσοχρονήσω πόλεσι καὶ χώραις διὰ παιδείαν οὐδέποτε σιγώμενος, καὶ ἂν ἡ Ἐφεσίων ἀναρπασθῇ πόλις καὶ οἱ βῶμοι διαλυθῶσι πάντες, αἱ ἀνθρώπων ψυχὰς τῆς ἐμῆς ἔσονται χωρὶα μνήμης’*. Quae cum ita essent, omnino fieri non potuit, quin ii, qui ad philosophiam tunc sese applicarent, sapientes aetate superiores quid statuissent haud ignorarent, sive audiverant eos cum sententias suas profiterentur sive scripta eorum legerant sive fando audiverant, quid potissimum unicuique eorum placuisset. Quod utique affirmandum esset, etiamsi ex dictis aut scriptis philosophorum Graecorum vestigia huius rei invenire non iam possemus. At non defuerunt, qui longe aliam de hac re sententiam proferrent. Dicebant enim illi negari quidem non posse eos, qui eadem patria oriundi eodem fere tempore flouissent, accuratiorem habere potuisse cognitionem dogmatum, quae ab alio quo eiusdem et temporis et terrae divulgata fuissent, — quamquam ne hoc quidem, ut exemplo utar, de Thalete Anaximandro Anaximene concedebant omnes — at summa iniuria statui eos qui vel temporum intervallis vel locorum longinquitate seiuncti essent, aut accurate cognovisse aut diligentius respexisse alium aliorum disciplinam. Quibus haec videbantur, non mirum est quod, si cuius veterum philosophorum doctrinam intellegere et interpretari velimus, ad ea nos recurrere vetuerunt, quae ab iis qui antecesserint viris sapientibus sint proposita nec experiri, si quid ex aliorum disciplina ad singulorum philosophorum decreta penitus percipienda adiumenti parare possimus; ex suo quemque sapientem ingenio atque indole censuerunt illi, ex suae patriae condicione ac statu, ex suis moribus factisque pernoscendum esse atque depingendum, neglectis potissimum iis, qui et ante eum fuerint et post eum sapientiae laude flourerint. Quae sententia tantum abest ut nobis probetur, ut malam rationem inire nobis videantur, qui vitas et mores singulorum philosophorum quam gradus et aetates philosophiae scribere malunt. Licet enim diligentissime congesserint omnia, quaecunque vitam doctrinamque philosophi cuiusdam aliquo modo illustrare possunt, perscrutatique volumina vetusta coagglomeraverint testimoniorum molem quam maximam, at qui cardo sit et fundamentum sapientiae alicuius, qua ad fastigium famae olim escenderit via, divinare non possunt, nisi qua disciplina instructus sit in iuventute animus perspicue norunt, quibus exemplis usus sit ad ingenium conformandum, quorum denique verbis vel scriptis adductus sit ad philosophandum. Multum enim interest utrum sciamus tantummodo, quae quibusve verbis dixerit aliquis aliqua aut quibus argumentis opiniones suas comprobaverit, an humum etiam ut aiunt cognoscere possimus, qua nova haec sementis succreverit atque elicere, unde harum notionum cogitationumque semina sint repetenda. Quare si in philosophi cuiusdam doctrinam altius penetrare volumus, diligentissime perscrutandum est, quorum exemplis excitatus ad philosophiam sit aggressus, quos philosophos aut secutus aut aversatus sit, quos denique ipse placitis suis adduxerit, ut aut similia profiterentur aut contra disputarent, quibus rebus aliquantum lucis ad disciplinas singulorum pernoscendas adferri haud negaveris. Cuius rei exemplum luculentissimum sunt Heraclitus et Empedocles, de quibus accuratius disputare in animo est. Ac primum quidem tenendum est, temporum rationem non impedire, quominus

¹⁹) Bywater Heracliti fragm. CXI.

²⁰) Byw. Appendix V, IV p. 72.

Empedoclem Heracliti doctrinam et novisse et in scriptis suis respexisse statuamus. Tametsi enim parum exploratum nobis est, quibus temporis finibus vita Heracliti contineatur, tamen est, cur disciplinam eius circa annum 470 a. Ch. inter Siculos pernotuisse iure nostro credamus. Etenim Epicharmus poeta Siculus, qui Coi natus Megaram Siculorum iam puer delatus est, quem paullo post Hieronem, qui anno 467 mortuus est, diem fatalem obiisse constat, procul dubio Heraclitea quaedam in comoediis suis professus est. Quod ita esse facile concedes, ubi nonnullos Heracliti et Epicharmi locos inter se oppositos legeris:

Epicharmi:

1. Ὡδε νῦν ὄρη
καὶ τὸς ἀνθρώπους· ὁ μὲν γὰρ αὖξεδ' ὁ δὲ γὰ
μὲν φθίνει,
ἐν μεταλλάξει δὲ πάντες ἐντὶ πάντα τὸν χρόνον.
ὁ δὲ μεταλλάσσει κατὰ φύσιν κώντοχ' ἐν τῷ τῷ
μένει,
ἄτερον εἴη καὶ τὸ δῆτα τοῦ παρεξιστακότος.
καὶ τὸ δὴ κήγῳ χθὲς ἄλλοι καὶ νῦν ἄλλοι
τέλεθρες,
καὶ θις ἄλλοι κώντοχ' αὐτοὶ [τέλεθρες] κατὰ τὸν
λόγον.

Mullach Epicharmi fragm. p. 142 v. 188—194.

2. Νᾶψε καὶ μέγας ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα
τῶν φρενῶν.

Mull. v. 255 pag. 144.

Heracliti:

1. νέος ἐφ' ἡμέρη ἥλιος.
Byw. pag. 13. XXXII Mullach 318, 33.
2. τὰ ψυχρὰ θέρεται, θερμὸν ψύχεται, ὑγρὸν
αὔαινεται, καρφαλέον νοτίζεται.
Byw. p. 16, XXXIX.
3. ποταμοῖσι δις τοῖσι αὐτοῖσι οὐκ ἂν ἐμβαίης·
ἕτερα γὰρ [(καὶ ἕτερα) Byw.] ἐπιρρέει
ὑδατα.
Byw. p. 16, XLI.
4. ποταμοῖσι τοῖσι αὐτοῖσι ἐμβαίνουσιν ἕτερα
καὶ ἕτερα ὑδατα ἐπιρρέει.
Byw. 17, XLII. Mull. p. 317, 22.
5. ποταμοῖσι τοῖσι αὐτοῖσι ἐμβαίνουμέν τε καὶ
οὐκ ἐμβαίνουμέν, εἰμέν τε καὶ οὐκ εἰμέν.
Byw. 34, LXXXI Mull. p. 326, 83.
6. ἀνὴρ ὁκότης ἂν μεθυεδῇ, ἄγεται ὑπὸ παιδὸς
ἀνῆβον σφαλλόμενος, οὐκ ἐπαίων ὅκη βαίνει,
ὑγρὴν τὴν ψυχὴν ἔχων.
Byw. 29, LXXIII.
7. αὕη ψυχὴ σωφωτάτη καὶ ἀρίστη.
Byw. 30, LXXIV.
8. ἀπιστίη διαφρυγάνει μὴ γινώσκεισθαι.
Byw. 45, CXVI.

Etsi haud scio an alia quoque ex paucis illis Epicharmi fragmentis quae supersunt Heraclitum sapere existimari possunt, tamen de hac re quod ambigi potest neque pluribus opus est, hanc quaestionem omittamus. Ex his enim locis iam satis apparet, Epicharmum cum de mutatione perpetua tum hominum tum omnium rerum disserat, unum Heraclitum significare, qui illius doctrinae, qua flumine perpetuo omnia gigni exstingi neque suo loco aut statu quidquam manere statuitur, id quod ex ipsius verbis cognosci licet ²¹ et veterum testium consensu comprobatur, primus

²¹) Ὁμοίων λόγους ἡκονσαι οὐδὲς ἀμικνέται ἐς τοῦτο, ὥστε γινώσκων ὅτι σοφόν ἐστι πάντων χωριζομένων.
Byw. Her. XVIII pag. 7. Mullach 317, 18. quocum coniungendum est, Ἐν τῷ σοφῷ ἐπίστασθαι γῶμην ἢ κυβερνᾶται
πάντα διὰ πάντων Byw. XIX pag. 8; quae lex totius naturae (γῶμην) continetur illo quod dicitur flumine rerum.
Codices praebent γῶμην ἥτε οἱ ἐγκυβερνήσει Diog. Laert. IX, 1. Quod mutaverunt in ἥτ' οἷα κυβερνήσει Schleier-
macher. edit. Diog. Cobet. Aliter Bernays M. Rh. IX p. 253: ἥτ' οἰακίξει quod quamquam sensui satisfacit, nam
οἰακίξειν et κυβερνᾶν promiscue usurpatur ab Heraclito (cf. τὰ δὲ πάντα οἰακίξει κυβερνῶς Mull. p. 322, 55); longius
tamen recedit a litterarum ductu. Alia membranarum scriptura est γῶμην ὅτε ἢ ἐγκυβερνήσει conf. Mullach,
p. 322, 55. Quam secuti Mullachius scripsit, γῶμην ὅτην τε ἐγκυβερνήσει; Bergkii ὅτι ἐν κυβερνήσει. Praeferendum
videtur quod Schleiermacher dedit ἥτ' οἷα κυβερνήσει, cum et sensum optime reddat et ad codicum scripturam
proxime accedat.

et unicus est auctor. Nam si cui parum exploratum videatur, utrum Epicharmus ut comoediarum scriptor in facetiis suarum comoediarum philosophorum certorum placita vel pronuntiasse vel comprobasse vel perstrinxisse iudicandus sit, an potius ex ardore quodam ac licentia poetis concessa profluxisse ea putemus, quae ad modum philosophorum aut enarrat aut disputat, nec quemquam philosophorum ante oculos ei versatum esse, cum partim serio partim per iocum ²² in scaena commentaretur, ea quidem sententia falsissima est. Nam Empicharmus et ipse philosophus haud contemptus apud veteres putabatur et singulos philosophos in comoediis vel nominavit vel ita significavit, ut quos denotaret verbis suis nulla relinqueretur dubitatio. Ab Hippoboto certe inter tredecim quos commemorat sapientes ille nominabatur ²³. Vel Platonem multum in philosophia debuisse Epicharmo Alcimus per quatuor libros comprobare studuit, quos ad Amyntam scripsit. ²⁴ Pythagorae auditorem eum fuisse Diogenes Laertius auctor est ²⁵ et Jamblichus addit, in omnium fere philosophorum ore circumferri tum dicta Epicharmi ²⁶. Quae Epicharmi dicta nunc legimus et quae de eo veteres nobis tradiderunt, tametsi non sunt eiusmodi, ut diiudicare possimus, num in claros philosophos merito relatus sit ille aut num uni alterive philosophorum sectae sese addixerit ipse ²⁷, tamen non sine auctoritate apud aequales eum fuisse vel inde patet, quod Plato dignum eum iudicavit, cuius nomen inter eos commemoraret, quibus nihil esse sed fieri omnia placeret ²⁸. Itaque dubitari non potest, quin Epicharmus praecepta philosophorum bene noverit. At etiam aperte denotavit illa, id quod et ex fragmentis consentaneum est et de Xenophane firmissimo Aristotelis testimonio stabilitur. Dicit enim Aristoteles Metaph. IV, 5. 1010, a 5 postquam eos philosophos nominavit, qui sensibus verum percipi posse putaverint, *‘διὸ εἰκότως μὲν λέγουσιν οὐκ ἀληθῆ δὲ λέγουσιν. οὕτω γὰρ ἀρμόντι μᾶλλον εἰπεῖν, ἢ ὅσπερ Ἐπίχαρμος εἰς Ξενοφάνην’*. conf. Zellerus quae ad hunc locum disputavit p. 461. 4. A. Quibus expositis cum verisimillimum videatur, Epicharmum his, quae supra adscripta sunt, Heraclitum expressisse, hoc certe dubitari non poterit, quin Heracliti doctrina de qua in scaena disputatum sit, in ore hominum Siculorum tum quidem fuerit.

Neque minus statuendum est, Empedoclem et ipsum, cum inter Siculos tum philosophiam profiteretur, non ignarum fuisse eorum, quae aut sermone aut litteris tradiderat Heraclitus. Quod quamquam ab iis, qui de ea re scripserunt, propemodum concessum est, tamen qua ratione Empedocles in philosophando Heraclitum respexerit, magna dissensio est. Neque mirum. Nam si Heraclitum secutusne an aversatus sit Empedocles sola quaestio esset, perquam facilis ea quidem esset ad diiudicandum. Cum vero praeter Heraclitum etiam Pythagoram, Xenophanem, Parmenidem duces in philosophando fuisse Empedocli ex fragmentis illius probabile sit, augetur difficultas quod pro sua quisque sagacitate aut proclivitate interpretes alius alii philosophorum sectae eum addixerunt. Et a Platone quidem cum Heraclito nominatur Empedocles ²⁹ atque in ea re, quae historia philosophiae si spectatur, summi ponderis iudicanda est. Quaeritur enim illo loco de rebus in mundo oppositarum vi ac mutuo nexu. Cum Anaxagora Leucippo Democrito — interdum etiam cum Ionicis physiologis ³⁰ ab Aristotele coniungitur ²⁷; Pythagoreis autem adnumerari ab

²²) Zeller p. 463. A. 1.

²³) Diog. L. I, 1, 14.

²⁴) Diog. L. III, 12.

²⁵) Diog. L. VIII, 3, I.

²⁶) Jambl. de Pyth. vit. 166.

²⁷) Zeller p. 460 et 463 A. 2.

²⁸) Theaetet. 152 E.

²⁹) Plato Soph. 242 E.

³⁰) Zeller p. 742.

Alexandrinis coeptus est Empedocles. In hac tanta veterum testium dissensione recentiores interpretes a traditis antiquitatis sententiis magis magisque deflexisse et in diversissimas de ea re opiniones discessisse non mirabimur³¹. Sed antequam recentiorum de Empedocle opiniones quoad per loci angustias licitum erit percurramus, ante omnia id agendum videtur, ut quid de Platonis Aristotelis Alexandrinorum opinionibus statuendum sit prius videamus. In quo nemini dubium esse potest, quin cum a Platone cum Heraclito, cum Leucippo Democrito Anaxagora aliis ab Aristotele in quibusdam quaestionibus tum logicis tum naturalibus coniunctus fuerit Empedocles, tamen Pythagoreis, si summa eius doctrinae spectaretur, iure fortasse idem potuerit adscribi. Neque defuerunt, qui auctoritate Alexandrinorum fisi aut mere Pythagoreum eum fuisse aut certe Pythagorico spiritu doctrinam eius instinctam et afflatam esse vel nostris temporibus contenderent³². Jam nostrum est inquirere, quo iure Alexandrini Pythagoreorum familiae eum fuisse dixerint. Primum memoriae traditum est, ipsius Pythagorae auditorem fuisse Empedoclem. Quod quamquam si temporum rationem respexerimus statim quam falso sit dictum apparet, tamen inde patet, quae aut qualis sit in hac re diiudicanda veterum testium auctoritas. Atque a Jamblichio quidem 103 inter eos commemoratur Empedocles, qui Pythagorae prope aequales eiusque senis discipuli fuerint. Sed ita comparatus est locus Jamblichi, quem apponere longum est, ut facile intellegatur, Pythagoreorum quandam dicendi rationem, qua non notionum ac verborum verae atque propriae significationes adhibebantur, sed significantius quoddam et mirabilius loquendi genus affectabatur, quam ut qui eius consuetudinis ignari essent, percipere possent, in causa fuisse, cur Empedocles, quia inter huius moris imitatores numeraretur, Pythagoreis et iis antiquissimis quidem, qui ipsum Pythagoram audivisse credebantur, adscriberetur, id quod ex alia etiam re probabile fit. Est enim alius Jamblichi locus 135, qui in similem fere suspicionem adducere nos debet. Postquam enim dixit, mirabilia multa et supra naturae consuetudinem nonnulla a Pythagora patrata esse, pergit Jamblichus, *ὧν μεταλαβόντες Ἐμπεδοκλέα τε τὸν Ἀκραγαντῖνον καὶ Ἐπιμενίδην τὸν Κρήτη καὶ Ἀβάρην τὸν Ὑπερβόρεον πολλὰ καὶ αὐτοὺς τοιαῦτα (θειότερα καὶ θαυμαστότερα) τινὰ ἐπιτετελέσθαι*. Cuius rei testimonium illud adfert, Empedocli cognomen *Ἀλεξάνειν* hoc est ventorum depulsori inditum esse, Epimenidem vero *Καθαρινὴν* hoc est expiatorem esse nominatum, *Αἰθροβόρην* hoc est aerambulū Abaridem. Unde apparet, cur Empedocles una cum Epimenide et Abaride arctius cum Pythagora coniunctus fuerit a scriptore, nimirum facultatem res paene divinas perpetrandi et Pythagorae et his tribus attribuebat antiquitas, unde error illi ortus est, Pythagoram horum trium magistrum fuisse. Sed etiam Diogenes Laertius VIII, 1, 50. post Theano et Telaugen inter praeclarissimos Pythagoreos Empedoclem primum commemorandum dicit, sed num Pythagoram ipsum audiverit, pro certo affirmare noluit, cum dicit *κατὰ γὰρ τινὰς Πυθαγόρου δίδχονσεν*. Atque etiam Timaeus (Diog. L. VIII, 254) prodidit, auditorem Pythagorae fuisse Empedoclem: *Ἀκοῦσαι δ' αὐτὸν Πυθαγόρου Τιμαῖος διὰ τῆς ἐνάτης ἱστορεῖ, λέγων, ὅτι καταγνώσθεις ἐπὶ λογοκλοπίᾳ τότε κατὰ καὶ Πλάτων, τῶν λόγων ἐκολύθη μετέχειν*. Quam vero illud non sit probabile, quod a Timaeo additum erat, esse Empedoclem, quia praecepta in publicum divulgavisset a societate Pythagoreorum exclusum nemo non videt; ne Cleanthi quidem, qui fere similia de Empedocle et Platone narravit (Diog. L. VIII, 55) ulla in ea re fides est habenda; quod enim lege sanxisse Pythagoreos dicit, ne cum ullo poeta communirentur praecepta sua *νόμον* ἔθεντο μηδενὶ μεταδῶσιν ἐποποιῶν illud quidem non recte sese

³¹) Zeller p. 742.

³²) Lommatzsch. Wirth. conf. Zeller 742.

habet³³. Praeter haec veterum testimonia, quae ea potissimum de causa a me allata sunt, ut quam sit fluxa atque infirma in nostra quaestione dirimenda auctoritas scriptorum antiquorum appareat, etiam alia exstant, quibus non ipsius quidem Pythagorae at Pythagoreorum unius aut alterius fuisse discipulum Empedoclem narratur. Velut Telauges filius Pythagorae praeceptor Empedoclis fuisse dicitur³⁴ ab Eusebio, Theodoret, Suida, Tzetza. Quam opinionem ex epistula quadam ad Telaugen data manasse existimavit Zellerus p. 744, 1; qua de re paullo copiosius disserendum videtur esse. Dicit enim Zellerus illo loco: 'In einem Briefe an Pythagoras Sohn Telauges, dessen Aechtheit aber schon Neanthes bezweifelt, und der auch durch Diog. VIII, 53. 74 verdächtig wird, war Empedocles als Schüler des Hippasus und Brontinus bezeichnet (Diog. VIII, 55.); aus diesem Brief stammt wohl der Vers mit der Anrede an Telauges [*Τήλανγες κλυτὲ κοῦρε Θεανοῦς Πυθαγορεῷ τε*], den Diog. VIII, 43 nach Hippobotus anführt, und derselbe mag zu der Annahme Anlass gegeben haben, dass Telauges selbst (oder wie Tzetz. Chil. III 902 will: Pythagoras und Telauges sein Lehrer sei'. Haec hactenus Zellerus. Attamen si locos quos attulit Zellerus comparaverimus non ad Telaugen illam epistulam scriptam fuisse videbimus. Qui enim de epistulis illis agunt loci sunt hi: *τίνας μὲντοι γ' αὐτῶν ἤκουσεν ὁ Ἐμπεδοκλῆς, οὐκ εἶπε (Νεάνθης)· τὴν γὰρ περιγεγραμμένην πρὸς Τηλαύγους ἐπιστολὴν ὅτι μετέσχεν Ἰππάσον καὶ Βροντίνον, μὴ εἶναι ἀξιόπιστον*.³⁵ Unde liquet fuisse epistulam, quae Telaugis ferebatur, in qua Hippasum ac Brontinum audivisse Empedocles dicebatur, quam fide dignam esse negavit Cleanthes. Alter locus est hic: *Τηλαύγης δ' ὁ Πυθαγόρου παῖς ἐν τῇ πρὸς Φιλόλαον ἐπιστολῇ φησι τὸν Ἐμπεδοκλέα Ἀρχινόμου εἶναι νῖόν*.³⁶ Fuit igitur epistula Telaugis filii Pythagorae ad Philolaum data, in qua de Empedoclis patre perscriptum erat. Quam epistulam, quominus eandem esse iudicemus atque eam quae Cleanthi suspecta visa erat, nulla profecto impedit causa. Tertius est locus: *ἐν δὲ τῷ προειρημένῳ Τηλαύγους ἐπιστολῇ λέγεται αὐτὸν [Ἐμπεδοκλέα] εἰς θάλανταν ὑπὸ γήρως ὀλιγθέντα τελευτῆσαι*.³⁷ Ne hanc quidem aliam esse atque illam Telaugis ad Philolaum epistulam ex verbis ipsis perspicitur. Ergo a Telauge scripta ad Philolaum epistula circumferebatur, in qua de Empedoclis patre praeceptoribus morte expositum erat, de epistula vero ad Telaugen mandata nusquam legitur. Neque igitur versus ille, quo nominatim appellatur Telauges in hac epistula perscriptus esse potuit quod loco supra exscripto contendit Zellerus. Ceterum unde fluxerit versus ille expediri iam non potest. Nam cum ex verbis Diogenis Laertii³⁸ *ἦν καὶ Τηλαύγης νῖός αὐτοῦ (i. e. Πυθαγόρου) ὃς καὶ διεδέξατο τὸν πατέρα καὶ κατὰ τινὰς Ἐμπεδοκλέους καθηγγήσατο. Ἰππόβοτός γέ τοι φησι λέγειν Ἐμπεδοκλέα Τηλαύγει κλυτὲ κοῦρε Θεανοῦς Πυθαγορεῷ τε* pateat, nihil in illo versu scriptum fuisse, nisi *κλυτὲ κοῦρε Θεανοῦς Πυθαγορεῷ τε*, Hippobotum vero dixisse, eo versiculo appellari Telaugen³⁹ — sunt autem, qui apud Laertium scribi velint *λέγειν Ἐμπεδοκλέα Τήλανγες, κλυτὲ κοῦρε Θεανοῦς Πυθαγορεῷ τε*, ut versus integer sit — cumque propter temporis intervallum Empedocli cum Telauge nullum epistularum commercium esse potuerit, is versus, si Empedocleus est ut ex epigrammate petitus esse videatur relinquitur. Atque de hoc quidem versu an Empedocli adscribendus sit an aliunde sit repetendus suam quisque sequatur opinionem, illud recte Zellerus

³³) conf. Zeller 743.

³⁴) Zeller 744.

³⁵) Diog. VIII, 55.

³⁶) Diog. VIII, 53.

³⁷) Diog. VIII, 74.

³⁸) Diog. VIII, 43.

³⁹) Mullach. Com. in Emp. p. 80.

videtur conclusisse, ex hoc ipso versu ortas esse narrationes illas quae cum Telaugē, Pythagorae filio, Empedoclem usu atque consuetudine coniunctum fuisse dicerent.

Jam cum inter Empedoclem atque Pythagoreos necessitudinem et commercium fuisse nullum satis nobis demonstrasse videamur, quaeritur eequae ex Empedoclis, quae nunc legimus, fragmentis Pythagoreorum dogmata demonstrare videantur. Versatur autem ea quaestio primum in similitudine quadam indaganda quae intercedere videtur inter Empedoclis quatuor elementa et Pythagoreorum qui dicebatur quaternarius numerus. Quodsi enim Empedoclis haec verba:

*Ἐσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε·
πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γαῖαν ἰδ' αἰθέρος ἄπλετον ὕψος,
ἐκ γὰρ τῶν ὅσα τ' ἦν ὅσα τ' ἐσσεται ὅσα τ' ἔασιν*⁴⁰.

comparamus cum verbis sacramenti illius quod omnium Pythagoreorum commune fuisse ex Plutarcho de pl. phil. I (vol. IX p. 476 R.) intellegi potest:

*διὸ καὶ ἐφθέγγοντο οἱ Πυθαγορικοὶ ὡς μεγίστον ὄρκον ὄντος τῆς τετραδὸς
οὐ μὰ τὸν ἀμετέρεα ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὴν,
παγὰν ἀενάου φύσεως ῥιζώματ' ἔχουσαν* —

qui etiam adhibetur a carminis aurei scriptore⁴¹, manifestam cum rerum tum verborum concinnitatem deprehendimus. Quam similitudinem quominus fortuitam putemus, impedit scriptor *Θεολογούμενων ἀριθμητικῆς* p. 20, qui hos ipsos versus in Empedoclis carmine descriptos fuisse dicit⁴² allatis eisdem verbis, nisi quod pro verbo *ψυχᾷ* *γενεᾷ* exhibuit⁴³. Cui testimonio Zellerus, cunctanter ille quidem, fidem videtur habere ita ut pro *γενεᾷ* *ψυχᾷ* rescribendum nec *τὸν παραδόντα* Pythagoram ut fere fit, sed deum ipsum intellegendum putet, neque demonstrari potest, falsa prodidisse scriptorem theologumenon. Nam quod Mullachius disputavit, Empedoclem et versificatorem Pythagoricum quem carmen aureum scripsisse contendit⁴⁴ eundem fontem potuisse adire, unde sacramentum illud peterent, id recte dixisse mihi videtur, praesertim cum et alius locus, qui mox apponetur, in eandem fere suspicionem adducere nos possit. Quo quidem ex loco conicere licet, Empedoclem interdum Pythagoreorum vestigia non modo in sententiis sed etiam in verbis pressisse. Qua enim alia ratione explicari potest, quod versus Empedocleo illi supra allato: *ἐγὼ δ' ὕμιν θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητός* fere similis invenitur in carmine aureo? Mullach. Hieroclis Commentarius i. c. a. XXVII, 70—71.

*Ἦν δ' ἀπολείψας σῶμα, ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθης,
ἔσσει αἰθανάτος θεὸς ἄμβροτος οὐκ ἔτι θνητός*

nisi forte poetam illum, qui quo tempore carmen aureum composuerit non liquet, ab Empedocle potius quam ex Pythagoreorum, quae tum ferebantur dictis aut scriptis repetivisse doctrinam suam putare vis. At etiamsi scriptori theologumenon fidem abiudicare velimus, manebit tamen similitudo illa, quae est inter Empedoclis *ἔσσαρα πάντων ῥιζώματα* et huius iurisiurandi verba. Quae cum ita sint, iam oritur quaestio, num haec Empedoclis in tali re cum Pythagoreis affinitas ea sit, ut leviter tantum tetigisse Empedoclem Pythagorea statuere possimus, an Pythagorae

⁴⁰) Mullach. v. 59—61.

⁴¹) C. a. XX, 47 et XXVII, 70. 71.

⁴²) c. Zeller II, 368, I. 269, 5.

⁴³) I, p. 412.

⁴⁴) Lysidem Tarentinum Archytae fere aequalem carminis aurei auctorem fuisse Mullachium suspicari non satis recte Zellerus narrat I, 229. Mullachii enim in commentatione de aureo carmine p. 430 verba sunt haec: *... non est quod dubitemus, si cui Lysidis nomen in hac causa minus aptum videatur, Astoni aureum carmen inscribere*.

auctoritate motum illum esse iudicemus, ut quaternarii numeri, qui apud Pythagoreos sancti aliquid habebat, imaginem quandam quatuor suis elementis exprimere vellet. Qua in re qui nuperrime hisce in studiis operam suam collocaverunt Zellerus et Bykii, non satis dignosci potest, quid censuerint statuendum. Nam Bykii verba: 'Wie den Pythagoreern die Tetraktys sind ihm die vier Elemente die Wurzel alles Vorhandenen' cett.⁴⁵ in utramque partem intellegi possunt, qui auctor quamquam paullo ante cum exponit, intra quos philosophandi terminos et Empedocles et Pythagorei sese continuerint et aliis locis haud scio an arctiorem huius cum illis necessitudinem statuere voluerit⁴⁶, tamen uno loco Empedoclis cum aliorum philosophorum doctrina nisi nominum similitudinem ullam esse expressis verbis negavit.⁴⁷ Neque quid Zellerus de hoc argumento senserit satis liquet, qui postquam naturae contemplatione Empedoclem adductum fuisse, ut quatuor potissimum rerum principia poneret, probabile esse affirmavit, adicit: 'Sodann war aber auch in der bisherigen Philosophie seiner Lehre vorgearbeitet. Die pythagoreische Werthschätzung der Vierzahl ist bekannt' ⁴⁸. Statim autem eis quae subsequuntur verbis monet, ne nimium tribuatur in hac re auctoritati Pythagorae, cum aliis de causis alias ac Pythagorei ingressi fuerint vias carpsisse Empedoclem sit probabile. conf. Zeller 748. Mihi quidem ita de hac re videtur statuendum esse: Si demonstrari poterit, secutum esse in philosophia naturali Pythagoreorum sententias Empedoclem, tum vero hanc quoque quae quatuor elementis continetur agnosceremus cognationem, sin alios potissimum in naturae descriptione sectatum esse duces probabile factum fuerit, etiam hunc rerum primariarum quaternionem aliunde deducendum esse statuemus. Altera disceptatio est, utrum Empedocles, cum in animantium corporum compagibus singulas partes certis quibusdam numeris coaluisse ex quatuor elementis disserit, Pythagoricae disciplinae hoc tribuisse existimandus sit nec ne. Duo sunt fragmenta, quae huc pertinent;

- primum: *Ἡ δὲ χθὼν τοῦτοισιν ἴση συνέκρυσσε μάλιστα
Ἡγαίστῳ τ' ὄμβρῳ τε καὶ αἰθέρι παμφανόωντι,
Κύπριδος ὀρμισθεῖσα τελείοις ἐν λιμένεσσιν,
εἴτ' ὀλίγον μείζων εἴτ' οὐ πολλὸν ἔσκεν ἐλάσσων·
ἐκ τῶν αἰμά τ' ἔγεντο καὶ ἄλλης εἶδεα σαρκός.* Mullach. 206—210.
- alterum: *Ἡ δὲ χθὼν ἐπίηρος ἐν εὐτύκτοις χοάνοισιν
τὰ δύο τῶν ὀκτὼ μερέων λάχῃ Νήστιδος αἰγλῆς,
τέσσαρα δ' Ἡγαίστοιο τὰ δ' ὀστέα λευκὰ γέγοντο,
ἁρμονίης κόλλησι ἄρηρῶτα θεσπεσίηθεν.* Mullach. 211—214.

Quibus exponitur, sanguinem et carnem et ossa e terra igne aqua aere ita concrevisse, ut aliud alio partium numero temperaretur, eaque coaluisse atque cohaerere per vim quandam, quae Cypris vel harmonia dicitur. Estne haec eadem, quae a Pythagoreis adeo celebratur harmonia? Verum cum harmonia Pythagoreorum ea potissimum re contineatur, ut aequabilitas et modus sit eorum, quae mundum eiusque partes constituunt, hoc sensu ab Empedocle semel tantum usurpatur vocabulum harmoniae, ubi de pictoribus dicit, qui pro rata parte miscendo varient colores Mullach. 175 *ἁρμονίη μίξαντε*. Ceteris locis vocabulum harmoniae significat compagem sive nexum ut supra v. 214 et v. 175 *ἁρμονίης πυκινῷ κύτει* (nexus densa mole Mullach.), quod

(*) Byk: Die Vorsokratische Philosophie der Griechen in ihrer organischen Gliederung I (Dualisten) Leipzig 1876. pag. 147.

(*) Byk. p. 146.

(*) Byk. p. 188.

(*) Zeller p. 687.

nihil aliud est nisi 'πάντων σύνοδος' v. 65, cuius rei causam indicat versus 201 'ἡτιόφρων φιλότης ἀμεμφέος ἀμβροτος ὁρμή'; ita fit, ut ἀρμονίη fere idem significet quod φιλότης⁴⁹ ut v. 23, ubi Ἀρμονίη θεμερῶπις contrariam vim habet atque Ἀήρις αἵματόεσσα; nisi quod φιλότης est causa efficiens, ἀρμονίη res effecta. Vocabulum φιλότης legitur v. 190. 164. 183. 127. 151. 68. 81; γηθοσύνη vel Ἀφροδίτη nominatur v. 85. 218. 219. 265. 280 (331?); Κύπρις v. 208. 282. 285. 305 (aliter 419); μελιχίη χάρις v. 299 στοργή v. 330. Quibus nominibus vel ipsis comparet, harmoniae Empedoclis atque harmoniae Pythagoreorum nihil commune fuisse nisi nomen.⁵⁰ Ne illud quidem, quod in locis supra allatis numerorum quandam regulam in corporibus constituendis videtur significare Empedocles, adducere nos poterit, ut Pythagoreorum, quae numeris nitebatur, disciplina motum hoc illum fecisse credamus. Nam cum duo tantum loci sint, quibus tale aliquid in Empedocle invenitur, nullo modo ex iis concludi potest, eam dignitatem his numeris ab Empedocle tributam esse quam tribuere solebat Pythagoras eiusque secta. Sequitur iam gravissimum Empedoclis cum Pythagoreis necessitudinis quod putatur testimonium. In ipso libri de natura quem scripsit initio legimus Pythagoreorum de animarum per varia corpora migrationibus opinionem ita quidem ab Empedocle prolatam, ut tantum ille Pythagoreorum dogmati auctoritatis impertivisse possit videri, ut ne curaverit quidem, doctrinam de animorum migratione iis adaptandum decretis, quae de rerum natura in eodem libro exposuit ipse, immo repugnantia his aperte atque dissimillima tradiderit. Dicit enim in prooemio:

“Εστὶν ἀνάγκης χρῆμα, θεῶν ψήφισμα παλαιόν
αἰδίων, πλατέεσσι κατεσφρηγισμένον ὄρκοις,
εἴτε τις ἀμπλακίῃσι φόνω φίλα γνῖα μίηνῃ
αὐτῶς ἢ ἐπίορκον ἀμαρτήσας ἐπομόσῃ
(δαίμων οὔτε βίοιο λελόγγασι μακράϊωνος),
τοῖς μιν μυρίας ὥρας ἀπὸ μακάρων ἀλλάσθαι,
γενόμενον παντοῖα διὰ χρόνον εἶδε θνητῶν.” Mullach. v. 1—7.

Exponit igitur, si quis geniorum, quibus longinqua vita concessa sit, aut nece aut periurio sese polluerit, ex prisca deorum lege decretoque necessitatis, triginta milia annorum per cuiusque generis mortalium formas vitae molestam viam ei esse migrandam. Addit, se quoque de coelo ea de causa expulsum esse, quod discordiae furenti obediisset, iamque se puerum aliquando atque puellam et fruticem et alitem et mutum in aequore fuisse piscem¹. Quod quantopere repugnet iis, quae de naturae legibus disputavit, statim apparebit, si quae naturalis eius doctrinae lineamenta fuerint prius exposuerimus: Quaecunque fuerunt et sunt et erunt, ex quatuor his rerum radicibus orta sunt: ex igne aqua terra aere (conf. supra pag. 8, A. 41.). Ad haec neque nascitur neque deperit quidquam² neque enim ortus est ullus rerum mortalium neque interitus, sed sola mixtio est quatuor illorum elementorum mixtorumque secretio³. Ea quatuor rerum principia modo per

⁴⁹) Zeller p. 749.

⁵⁰) Zeller p. 749.

¹) ὅς καὶ ἐγὼ νῦν εἰμι φρυγᾶς θεόθεν καὶ ἀλήτης
νείκεϊ μαινομένῳ πίσυνος. Mull. 9.

ἤδη γὰρ ποτ' ἐγὼ γενόμεν' οὐδὲς τε πόρῃ τε
θάμνος τ' οἰωνός τε καὶ εἰν ἄλλ' ἔλλοπος ἔχθρος. Mull. 11. 12.

²) καὶ πρὸς τοῖς οὐτ' ἄλλο τι γίγνεται οὐδ' ἀπολήγει Mull. 92.

³) φύσις οὐδενός ἐστιν ἀπάντων
θνητῶν οὐδέ τις οὐλομένην θανάτοιο τελευτή,
ἀλλὰ μόνον μῖξις τε διάλλαξις τε μιν γέντων
ἐστί... Mull 99—101.

amorem in unum coeunt, modo per discordiam discernuntur ⁴ neque haec variatio unquam desinit ⁵. Quae cum commeant inter se, oriuntur homines et aliorum genera animantium ⁶; ex his etiam existunt dei longaevi, qui summum habent honorem ⁷. Ut vero mortalia omnia mixtione et secretionem quatuor elementorum oriuntur et dilabuntur, ita esse nequeunt, si nulla mixtio elementorum esse potest, quandoquidem aut discordia omnia dissociaverit aut in unum cuncta conglobaverit amicitia ⁸. Unde fit, ut nihil praeter elementa, quae non orta sunt, immortale dici possit, ita etiam fit, ut ne dei quidem, etsi longaevi prae hominibus dicuntur, sempiterna utantur vita. Cum igitur quae fiunt omnia ex quatuor elementis nascentur, animos etiam hominum ex hisce constare quod Empedocles voluit nihil mirabimur ⁹. At quod sola mixtione elementorum animi hominum nascuntur, cum si discernuntur, rursus ut corpora ita animos dissolvi oporteat, si sibi constare voluit Empedocles, de animorum singulorum diuturnitate aut migratione dicere non debuit, qui nihil manere nisi quatuor primordia rerum docuerit. Quod rectissime monuit Zellerus p. 733. Sed quae praeterea disputavit vir harum rerum intelligentissimus, magnam illa mihi dubitationem attulerunt. Dicit enim p. 733 Empedoclem discrepantiam illam quae sit inter animorum migrationem et disciplinae suae naturalis principia ita non animadvertisse, ut nihil omnino ad dirimendam eam instituere conatus sit. Cum enim in praeceptis physicis omnia apud Empedoclem ita concinna inter se aptaque sint, quod ipse Zellerus concessit, ut una lege singula quaeque complexus esse Empedocles videatur, haud ausus sum statuere, ne sensisse quidem eum, si qua doctrinae suae contraria disserteret. Neque illud recte Zellerus dicere videtur, Empedoclem dissensionem illam ne tentasse quidem tollere. Namque his ipsis verbis, quae supra memorata sunt, quibus initium fecit libri sui de natura, adiecit verba *‘νείκει μαινομένω πίσυνος* ¹⁰, quibus animarum migrationem per discordiam fieri significavit, quam una cum amore causam rerum omnium quae fierent ita definivit, ut discordiae amicitiae per vices dominatione tum coire tum seiungi opinaretur quatuor illa primordia rerum, de quibus supra exposuimus. Alio quoque Empedocles loco de animorum humanorum quae per gradus efficiatur perfectione ita exposuit, ut eum Pythagoreorum de ea re dogmata arripuisse solum atque neglexisse, consentaneane sint suae ipsius doctrinae nec ne, quod idem Zellerus suspicatus est pag. 729 et pag. 734, nullo modo concedere possimus. Dicit enim Empedocles v. 457—61 Mull., animos expleto fere mutationum orbe in praestantiores naturas, vates, poetas, medicos, reges transire, deinde deos fieri atque una cum ceteris immortalibus vitam

⁴) ἄλλοτε μὲν φιλότῃ συνεχόμεν' εἰς ἓν ἅπαντα,
ἄλλοτε δ' αὖ διχ' ἕκαστα φορέμενα νείκεος ἔχθρῃ. Mull. 68—69.

⁵) καὶ ταῦτ' ἀλλάσσονται διαμπερές οὐδ' αὖ λήγει. Mull. 67.

⁶) Ἀὐτὰ γὰρ ἔστιν ταῦτα, δι' ἀλλήλων δὲ θέοντα
γίγνONT' ἀνθρώποι τε καὶ ἄλλων ἔθνη θηρῶν. Mull. 149. 150.

⁷) δένδρεά τ' ἐβλάστησε καὶ ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες,
θῆρες τ' οἰωνοὶ τε καὶ ὕδατοθρέμμοι ἰχθύες
καὶ τε θεοὶ δολιχαῖωνες, τιμῆσι γέμιστοι. Mull. 129—131.

⁸) Δοιή δὲ θνητῶν γένεσις, δοιὴ δ' ἀπόλειψις·
τὴν μὲν γὰρ πάντων σύνοδος τίττει τ' ὀλέκει τε
ἣ δὲ πάλιν διαφρομένων θρεφθεῖσα διέπτει. Mull. 64—66.

⁹) ὅσοι δ' ἐπὶ τὸ γινώσκειν καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι τῶν ὄντων (ἀπέβλεψαν), οὗτοι δὲ λέγουσι τὴν ψυχὴν τὰς ἀρχάς,
οἱ μὲν πλείους ποιοῦντες, οἱ δὲ μίαν ταύτην, ὅσπερ Ἐμπεδοκλῆς ἐκ τῶν στοιχείων πάντων, εἶναι δὲ καὶ ἕκαστον ψυχὴν
τούτων. Aristot. de anima I, 2 p. 404 B.

¹⁰) Mull. v. 10.

agere una cum illis cenare hominum aerumnis levatos, beatos, aeternos. Sunt autem versus hi:

‘εἰς δὲ τέλος μάντις τε καὶ ὕμνοπόλοι καὶ ἱεροὶ
καὶ πρόμοι ἀνθρώποισιν ἐπιχθονίοισι πέλονται,
ἐνθεν ἀναβλαστοῦσι θεοὶ τιμῇσι φέριστοι,
ἀθανάτοις ἄλλοισιν ὀμέσται, ἐν τε τραπέζαις
εὗνιες ἀνδρείων ἀχέων, ἀπόκηροι, ἀτειρεῖς.’ Mull. v. 457—461.

Ex quibus haec fere colligere possumus: Latoribus quam a Pythagoreis factum erat finibus Empedocles hanc quae est de animis prout ratio fert alia atque alia corpora ingredientibus doctrinam circumscripsit, utpote qui quae apud Pythagoreos hominum bestiarumque potissimum animos complecteretur doctrina, — incertum est an plantarum — eam vel ad deos immortales extenderit, ut in hac quoque re eam placitorum concinnitatem, eundem rerum cum minimarum tum maximarum tenorem in eo invenias, quo in rebus naturalibus exponendis usum fuisse supra demonstratum est. Illis igitur tametsi assentiri non possumus, qui Empedoclem aut parum intellexisse dicant, quantopere quae de animorum migratione tradiderit cum praeceptis suis de rerum natura pugnent, aut cum intellexisset, ut diversas illas sententias conciliaret nullam eum navavisse operam; tamen eorum sententiam rectam esse negamus, qui ita Pythagoreorum illud dogma ab Empedocle transformatum esse putent, ut apte conveniat doctrinae eius de natura mandatae. Quam sententiam sequitur, qui nuper Empedoclis doctrinam exposuit Bykios, qui quo iure huncce in modum instituerit agere nunc videamus. Iam supra dictum est, posse quae Empedocli de animorum variis fati placuerunt non cum naturalis illius doctrinae fundamentis coniungi, nisi de singularum animarum et antequam hominum figuras induant et postquam corpora reliquerint diuturno statu exploratum ei fuisse demonstratum sit. Quod tantum abest, ut in aliquam dubitationem vocaverit Bykios, ut de hac quaestione per omnem de Empedocle commentarium, quem paginis 43 persecutus est, ne significaverit quidem quidquam. Sua Bykios cogitatione finxit sibi aliquam animam Empedocleam, quae esset non modo in singulis animantium corporibus sed etiam in mundo universo. Hanc enim universam animam dicit amorem, qui ignea quadam vi cum universi mundi tum singulorum animalium singula contineat membra (pag. 154. 158. 153. 167). Nam in igne positam esse vim huius mentis, cui naturam duplicem attribuit, ut sit elementum idemque amor (pag. 150. 159). Cuius divinae mentis perfectam speciem deprehendi dicit in eo mundi statu, quem Empedocles *σφαῖρον* dicit. — Est enim *σφαῖρος* forma universi, quae tum erit, cum quatuor primordia rerum, quae nunc separata aut certe parum mixta sunt, per amoris vim in unum globum consociata erunt. — *Σφαῖρον* enim esse absolutissimam mundi formam, amorem autem animam mundi, quae quietem in certum tempus sit adepta (pag. 166. 167). Cum vero non semper talis manere possit mundus, venturum enim tempus, quo discordiae vi in singulas quaeque primordia rerum formas segregari debeant, tum quidem amorem non iam esse, qui per omnia aequabiliter pateat, sed qui ex elementis per discordiam discretis singula quaedam animantium corpora consociet atque contineat, quibus rursus dissolutis pro dignitate sua aut in inferiores animantium formas aut in superiores transire necesse sit. Tum vero amorem sive ignem ex priore unius mundi statu in singulis partibus dispersum esse, ex prisca nimirum animae mundi condicione in singularum animarum formas descendisse, quem priorem statum rursus sit adepturus, ubi *σφαῖρον* iterum effecerit amor (pag. 161).

Quam Bykii sententiam si Empedocles statuisset dubium esse non potest quin nulla fere inter animarum doctrinam et corporum naturam iam intercedat discrepantia. At si quibus nitatur haec Bykii sententia argumentis inquisiveris, tum vero longe aliter de hac re videbitur exi-

stimandum. Nam primum in eo fallitur, quod animam per mundi partes patentem Empedoclem posuisse contendit. Dicit enim pag. 167: 'Die Elemente haben im Sphaeros dasselbe Verhältniss zum Absoluten, welches sie in der gegenwärtigen Schöpfung zur einzelnen Seele haben, sie sind dessen Theile, bilden aber in ihm ein einheitliches Ganze,' cuius sententiae hisce Empedoclis versibus petit argumenta:

*Ἄντ' ἀρ' ἐπεὶ νεῖκος μὲν ἐνέργειον ἵκετο βένθος
δίνης, ἐν δὲ μέσῃ φιλότης στροφάλιγγι γένηται,
ἐνθ' ἥδη τὰδε πάντα συνέχεται, ἐν μόνον εἶναι.
οὐδὲ τι τοῦ παντός κερεὼν πέλει οὐδὲ περισσόν,
ἀλλ' ὅγε πάντοθεν ἴσος ἔσθ' καὶ πάμπαν ἀπείρων
σφαίρος κυκλοτερὴς μονίῃ περιγέει γαίῳν.* Mull. 163—168.

Quibus verbis postquam dictum est, expulsa discordia omnia per amorem in unum coire, inde a verbis οὐδὲ τι qui ex omnium mixtione oritur σφαίρος describitur, at de re quadam absolutissima, quae in sphaero comparari possit cum animis per singula corpora dispersis nihil legitur. Neque illud in his versibus inveneris quod p. 167 Bykios cum dicit: 'Der Sphāros ist dem Empedocles wie der Kosmos den Pythagoreern die vollendetste Gestalt des Absoluten in der Wirklichkeit, er ist der zur Ruhe gekommene Weltgeist, der sich seiner seligen Ruhe freut'. Docetur enim hisce versibus, nihil in universo neque vacuum neque abundans esse sed sphaeram undique aequalem et omnino infinitam atque rotundam esse eandemque omni ex parte quiete uti; at sphaeram animum esse mundi quae quietem assecuta sit, de ea re nihil legitur. Jam ex Simplicii ad Arist. de anima I p. 18. B. 'θεὸν καὶ Ἐμπεδοκλέα λέγει (Aristoteles) ἐκ τῶν στοιχείων ὄντα καὶ αὐτὸν τὸν σφαῖρον' comparato loco Themistii ad Aristot. de anima I p. 72 A. 'ὁ μὲν γὰρ σφαῖρος αὐτῷ (Ἐμπεδοκλεῖ) θεός, προῖων ἐκ τῆς κατὰ τὴν φιλίαν συγκρίσεως', quod inde elicere vult Bykios pag. 166. 'Dieser (der Sphāros) ist ihm die Einzelexistenz des grossen All, in der alle Elemente zu einem einheitlichen Ganzen verbunden sind, ohne deswegen ihre Eigenthümlichkeiten einzubüssen, welche (?) als das Ewiggöttliche (!) auch unter der alleinigen Herrschaft der Liebe fortdauern' quis concludere audeat? Nam ut omittam, satis confusa esse, quae Bykios hisce locis protulit, utpote qui quid summam naturam intellegat absconderit magis quam aperuerit — modo enim dicit de re quadam absolutissima, cuius partes in sphaero sint elementa, modo de ipso sphaero ut mente universa, quae quietem assecuta sit exponit, modo quibus summum divinum contineatur elementa expressis verbis commemorat — ex his Simplicii et Themistii verbis nihil aliud efficitur, nisi sphaerum illum dici ab Empedocle et Aristotele deum, qui ex elementis et ipse constet et oriatur elementorum mixtione, quae per amorem fiat. Itaque cum ex verbis Empedoclis praeter ea, quae supra de animorum migratione apposita sunt, nihil fere ad sententiam suam stabiliendam proficere Bykium iam viderimus neque Simplicii et Themistii locis quidquam, quod conveniat opinioni illius, doceri demonstraverimus, superest locus Sexti Empirici, quem potiore iure Bykios afferre existimari potest. Est enim locus hic: Sext. Emp. adv. Math. IX, 127 'οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν Πυθαγόραν καὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα καὶ τῶν Ἰταλῶν πλήθος φασὶ μὴ μόνον ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς εἶναι τινὰ κοινωνίαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ ἄλογα τῶν ζώων. ἐν γὰρ ὑπάρχειν πνεῦμα τὸ διὰ παντός τοῦ κόσμου διῆκον ψυχῆς τρόπον, τὸ καὶ ἐνοῦν ἡμᾶς πρὸς ἐκεῖνα'. Quibus ex verbis concludi sane posset, Empedoclem cum Pythagoreis spiritum quendam statuuisse, qui per totum mundum animi instar pertineret, nisi Sextus ille huius rei auctor esset suspectissimus. Cui enim qui locum Sexti accuratius inspicit, non ea oriatur suspicio, voluisse eum, quae Pythagorei, Empedocles, alii de naturali quadam necessitudine

hominum non modo inter sese sed etiam cum reliquis animalibus disseruissent, comprobare ex Stoicorum doctrina de mundo animante, id quod a Zellero recte explanatum est pag. 386; 739; 734, 1. Quae enim de hac hominum cum beluis plantisque cognatione exstant verba Empedoclis, quibus lauro et fabis parcendum et beluarum internecione temperandum esse monet, ¹¹ ea ardorem poeticum ita prae se ferunt, ut proprio sensu mea quidem sententia accipi non debeant. Sed ut sic accipiantur, de anima mundi ne tum quidem quidquam inde efficietur. Sed Bykios cum Sexto Empirico sine ulla dubitatione fidem habeat extorsit etiam ex verbis Sexti qui minime inest sensus cum dicit: Denn nur ein Geist der Liebe (!), dessen alle in verschiedenem Grade theilhaftig sind, durchdringt das ganze Univers pag. 158. Atque hic alter Bykii error est, quod animam mundi intellegit amorem quem in igne conspicuum esse vult. Sane quidem quatuor illis elementis ita usum fuisse Empedoclem Aristoteles auctor est, ut duo potius primordia rerum quam quatuor statuisset videatur ¹² atque in igni apud Empedoclem vim inesse, quae motum reliquis afferat idem significavit ¹³, tamen quod Bykios conclusit, praecipuam quandam igni prae ceteris elementis insitam esse vim, cum sit elementum idemque amor pag. 150, nullo modo hoc accipi potest, quod et Zellerus contra Ritterum disputans p. 700 recte demonstravit et inde perspicuum est, quod Empedocles dicit, elementa paria esse cuncta atque aequalia genere, aliud autem alio honore fungi et suam cuique esse indolem; per vices vero regnare ea et crescere fatalibus viribus. Unde sequitur, de excellentia quadam ignis qua reliqua elementa antecedať tantum dici posse, quatenus suo quodque honore ac indole elementa fungi ¹⁴ dicuntur.

Accedit quod ea sententia, qua amorem et discordiam cum uno alterove elementorum coniunxisse existimatur Empedocles, nisi apud posteriores veterum scriptorum non invenitur neque congruit cum ceteris huius rei certissimis testimoniis conf. Zeller. p. 699. Neque enim quae a Bykio afferuntur Empedoclis verba:

‘τοῦτον μὲν βροτέων μελέων ἀριδείκετον ὄγκον
ἄλλοτε μὲν φιλότῃ συνερχόμεν’ εἰς ἐν ἅπαντα
γνῖα, τὰ σῶμα λέλογχε, βίον θαλέθουσιν ἐν ἀκμῇ’ Mull. 182—184.

¹¹) Mull. 440. 41. οὐ παύσασθε γόνονοι δασηχέος; οὐκ ἔσοράτε
ἀλλήλους δάπτοντες ἀκηδείῃσι νόοιο;

442—47 μορφήν δ’ ἀλλάξαντα πατὴρ φίλον νῖον αἰέρας
σφάζει ἐπειχόμενος, μέγα νῆπιος· ὃς δ’ ἐβόησε
λίσσόμενος θύοντι· ὃ δ’ ἀνηκούστησεν ὁμοκλέων,
σφάζας δ’ ἐν μεγάροισι κακὴν ἀλεγύνετο δαῖτα.
ὥς δ’ αὖτως πατέρ’ νῖος ἔλων καὶ μητέρα παῖδες
θυμὸν ἀπορραΐσαντε φίλας κατὰ σάρκας ἔδονσαν.

450. δάμνης γὰρ χλωρῶν φύλλον ἀπὸ πάμπαν ἔχουσιν.

451. θεῖοι, πάνθειλοι, κυάμων ἀπο χεῖρας ἔχουσιν.

¹²) Ar. Metaph. 1, 4. οὐ μὴν χοῦται γε (Emped.) τέτταρσιν, ἀλλ’ ὡς δυαίν οὐσι μόνοις· πυρὶ μὲν καὶ αὐτὸ τοῖς δ’ ἀντικειμένοις ὡς μῆς φύσει, γῇ τε καὶ ἀέρι καὶ ὕδατι — Idem de gen. et. corr. II, 3, 330, b, 19 συνάγει δὲ καὶ οὗτος (Emped.) (τὰ τέτταρα) εἰς τὰ δύο· τῷ γὰρ πυρὶ τὰλλα πάντα ἀντιτίθων.

¹³) Met. I. 3. 20. χρῶνται γὰρ (οἱ πλείω ποιοῦντες) ὡς κινητικὴν ἔχοντι τῷ πυρὶ τὴν φύσιν, ὕδατι δὲ καὶ γῇ καὶ τοῖς τοιοῦτοις τοῦνάντιον.

¹⁴) Mull. 88. Ταῦτα γὰρ ἰσά τε πάντα καὶ ἥλικα γένναν ἔασι,
τιμῆς δ’ ἄλλης ἄλλο μέθει, πάρα δ’ ἥθος ἐκάστω·

ἐν δὲ μέρει κρατέουσι περιπλομένοιο κύκλοι,

καὶ γίνονται εἰς ἄλληλα καὶ αὐξάνται ἐν μέρει αἰσῆς. Quibus quidem versibus nihil aliud nisi elementa significari posse inde patet, quod addit v. 92. Καὶ πρὸς τοῖς οὐδ’ ἄλλο τι γίγνεται οὐδ’ ἀπολήγει.

aliud quidquam docere volunt nisi amorem sicut in totius mundi partibus etiam in hominum corporibus efficere ut singula membra in unam compagem concurrant — amor autem est impetus miscendi —; neque Plutarchus, quo Bykios p. 149 teste utitur, ut amorem vim esse igneam demonstret, quae si ex corpore seceratur dilabantur membra atque mors efficiatur, idoneus huius rei testis est habendus. Nam Plutarchus, qui de pl. ph. V, 25 dicit *Ἐμπεδοκλῆς τὸν θάνατον γεγενῆσθαι διαχώρισμὸν τοῦ πρῶτου ἐξ ὧν ἡ σύγκρισις τῷ ἀνθρώπῳ συνεστίαθη*, idem de pr. frig. p. 152 discordiam igni adiunxit *παρέσχευ' Ἐμπεδοκλῆς ἰπόνοιαν, ὡς τὸ μὲν πῦρ Νεῖκος οὐλόμερον* cett. Quod enim dicit Bykios p. 151. 149, 2, esse hanc locorum Plutarcheorum manifestam discrepantiam ita tollendam, ut discrimen posuisse Empedocles existimari debeat inter ignem quae vis sit caloris atque flammam, quae oculis cernatur, — illius enim caloris vim esse creatricem rerum, huius ardentis ignis viribus omnia dirimi; calorem esse amorem, discordiam autem ardentem ignem, hoc ille quidem non dixisset, nisi penitus confudisset, quae tum amoris tum discordiae munera esse voluit Empedocles. Quid enim? ita coniuncta esse haec duo Bykios contendit pag. 151, ut alterum alterius formam interdum induere professus sit, quod ita alienum est ab Empedocle, ut omni refutatione supersedere possim. Quid? quod Bykios cum in aere aqua terra discordiam inesse pag. 149 disseruerit, pag. 150. 51 igni ardenti eam contineri contendit. Itaque Plutarcho teste non debuit uti Bykios, si quidem persuadere nobis voluit, animam mundi sive amorem igne contineri secundum doctrinam Empedoclis. Jam vero quod verba Hippolyti I, 4 (Orig. Philos. I, 3) apposuit Bykios, ut amorem Empedoclis probaret ignem esse, brevis esse potest de hoc loco disputatio: Etenim verba *Ὁδτος (Empedocles) τὴν τοῦ παντός ἀρχὴν νεῖκος καὶ φιλίαν ἔφη, καὶ τὸ τῆς μονάδος νοερόν πῦρ τὸν θεόν καὶ συνεστάναι ἐκ πρὸς τὰ πάντα καὶ ἐς πῦρ ἀναλυθῆσθαι* tam aperte Heracliti de igne fabricatore mundi eodemque dissipatore doctrinam respiciunt, ut quae Heraclito aut Empedocli tribuenda sint decreta non satis distinxisse videatur scriptor (conf. Zeller p. 708. 689, 2), quod ab aliis etiam factum esse videbimus (conf. infra). At ut vera tradiderit hic scriptor utique parum perspexisse locum iudicandus est Bykios. Quod enim significant verba illa hoc fere est: primordia mundi posuisse Empedoclem discordiam et amorem, deum autem intellexisse ignem rationalem, ex igne denique omnia profluere et interitura esse in eundem. Distinxit igitur aperte scriptor inter discordiam amoremque, quae principia mundi atque ignem, quem deum intellexisset Empedocles. Qui si expositurus erat, quae cum Bykii sententia convenirent, non segregare debuit amorem ab igne sive deo, sed copulare utrumque.

Ea igitur relinquitur difficultas, quae inest in his, quod locum de animis eorumque migratione non ita confirmavit Empedocles, ut doctrinae eius naturali apte respondere videatur, neque tamen non intellexisse eum aut ne animadvertisse quidem hancce discrepantiam potest concedi. Ceterum arctiorem Empedoclis cum Pythagoreis fuisse necessitudinem ne inde quidem demonstrari potest, quod de animorum migratione doctrinam litteris mandavit ille. Nam et mutata specie et latiore usu professum esse hanc illum supra apparuit doctrinam et siquidem aliena accessere voluit ex Orphicorum etiam disciplina repetere eandem licebat. conf. Zeller. p. 55. 56.

III.

Est mea quidem sententia alia via, qua ad verius de Empedocle iudicium perveniri potest. Quid, si in hisce quoque rebus Heracliti potissimum auctoritatem secutum esse Empedoclem probare possimus, quem in aliis doctrinae suae partibus unum praeter omnes auctorem

habuisse ex his, quae subsequuntur, licebit intellegere? Plato enim, spectatissimus huius rei auctor manifesto tradidit, principia philosophandi Heracliti atque Empedoclis fere eadem fuisse. Sophista p. 242 D. verbis hisce: *Ἰάδες δὲ καὶ Σικελικαὶ τινες ὕστερον Μοῦσαι ξυνγενοῦνται οὐ συμπλέκιν ἀσφαλίστατον ἀμφοτέρω καὶ λέγειν ὡς τὸ ὄν πολλά τε καὶ ἓν ἐστίν, ἔχθρα δὲ καὶ φιλίαν συνέχεται. διαφερόμενον γὰρ αἰεὶ ξυμφέρεται, φασὶν αἱ συντονώτεραι τῶν Μουσῶν· αἱ δὲ μαλακώτεραι τὸ μὲν αἰεὶ ταῦθ' οὕτως ἔχειν ἐχάλασαν, ἐν μέρει δὲ τοτὲ μὲν ἓν εἶναι φασὶ τὸ πᾶν καὶ φίλον ὑπ' Ἀφροδίτης, τοτὲ δὲ πολλὰ καὶ πόλεμον ἀντὶ ἀντὶ διὰ νεῖκος τι.* Neque enim dubium esse potest, quin Heraclitus et Empedocles his verbis, *Ἰάδες δὲ καὶ Σικελικαὶ τινες Μοῦσαι* dicantur. Quod a nullo quantum scio ad nostrum tempus negatum est¹⁵, nisi quod Teichmuellerus novam quandam de hac re sententiam nuper proposuit. Is enim, ut aliam probaret causam, qua de re disserere huius non est loci, cunctanter ille quidem suspicatus est, non ipsum Heraclitum a Platone significari sed sectam eius, cuius rei tres potissimum attulit causas¹⁶. Primam, quod nomen non expressum sit Heracliti, quare concedi debeat, posse de alio quoque Platonem cogitare. Ad id respondendum est, ne Empedoclem quidem nominatim appellatum esse quem a Platone demonstrari negari non potest. Atque cum pari significatione *Ἰάδες δὲ καὶ Σικελικαὶ τινες Μοῦσαι* utramque partem amplexus sit Plato, priore verbo non minus quam posteriore unum denotari philosophorum consentaneum est. Altera est causa quod adiecerit Plato *ὑστερον*, quo vocabulo tempora post Eleatas definire voluerit, quorum unum Xenophanem ante Heraclitum fuisse constet, qui princeps huius fuerit sectae cum ceterum *Ἐλεατικὸν ἔθνος* post hunc vixisset. Quasi vero, si quis de doctrina aliqua expositurus est, non principem potissimum doctrinae animo is amplectatur. Tertia haec est causa: de Heracliti doctrina ex hoc loco non posse certi quidquam statui, quia unus ex posteris Heracliti sectatoribus, quorum permagnus fuit numerus, doctrinam potuerit proferre, quae ab Heraclito nondum fuerit prolata. At vero notum est, Heracliti discipuli quam fuerint ducis sententiarum tenaces!¹⁷. Ceterum Teichmuellerus cum hanc dubitationem movet posteriorem loci Platonici partem spectat, cuius ex parte priore concludi potest, de ipso Heraclito dici, qui discordia et amore cum omnia tum singula quaeque contineri recte putatur statuuisse, qua de re infra exponetur. Neque dubitandum est, quin ex his Platonis verbis recte concludatur, permagnam esse placitorum Empedoclis cum Heraclito congruentiam. Nam tantum abest, ut agatur hoc loco quantum conveniat discrepet in utriusque doctrina, si ad praecepta logica examinentur illorum decreta, — id quod aliis locis et a Platone et ab Aristotele fieri videmus¹⁸ — ut de rerum universitate (*ἐν εἶναι φασὶ τὸ πᾶν*) agatur, quod recte contra Zellerum disputans monuit Teichmuellerus pag. 224 A. Atqui in parte naturali summam unius cuiusque veterum philosophorum usque ad Parmenidem doctrinae positam fuisse cum constet inter omnes tum Heraclitum affirmari potest, ne verbum quidem fecisse de praeceptis logicis nisi si per rerum naturae varias condiciones cum exponeret implicite quodam modo significaret¹⁹. Ergo de primordiis vel fundamentis disciplinae utriusque, quibus decretorum summa in nuce ut aiunt comprehensa sit, hoc loco agi cave negaveris. Aristoteles quoque cum de mundi varia condicione disputat Empedoclem cum Heraclito coniungit dicens de coelo I, 10. 279b, 12. *γενόμενον μὲν οὖν ἅπαντες εἶναι φασιν (sc. τὸν οὐρανόν) ἀλλὰ γενόμενον οἱ μὲν αἰθρίον, οἱ δὲ φθαρτὸν οἱ δ' ἐναλλάξ ὅτε μὲν οὕτως, ὅτε δὲ ἄλλως ἔχειν φθειρόμενον καὶ τοῦτο αἰεὶ διατελεῖν οὕτως, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος καὶ Ἡράκλειτος*

¹⁵) Zeller pag. 589, 1.

¹⁶) Teichmueller. Neue Studien zur Geschichte der Begriffe. 1. Heft. Heracleitos. pag. 224.

¹⁷) Lassalle. Die Philosophie Herakleitos des Dunkeln von Ephesus. I. p. 85, A.

¹⁸) Lassalle II, 351.

ὁ Ἐφεσίους. Nam quod de coelo dicit de hoc qualis nunc est mundo pari modo valet, quem in ignem certis temporibus dissolvi (*σφαιρόμενον*) Heraclitus, in sphaerum Empedocles evanescere voluit. Iam quam fuerint Empedoclis et Heracliti sententiae inter se similes, intellegere licet ex eo, quod a nonnullis haud semel alterius dogmata vel verba alteri sunt adiudicata. (conf. supra pag. 14) Quod enim Olympiodorus Comm. in Arist. Meteor. f. 33 dicit 'ἄλλοι δὲ ἔλεγον, ὡς εἰς ὑπὲρ ἔχεν Ἡράκλειτος, ὅτι ἰδρῶς ὑπάρχει τῆς γῆς ἢ θάλασσαν' Empedoclis mutilum denotat versum (Mull. 258.) γῆς ἰδρῶτα θάλασσαν [servatus est versus ab Aristotele Meteor. II, 2 et a Plutarcho de plac. phil. III, 16], quem Heraclito falso attributum fuisse Idelerus recte statuit enf. Lassalle II, 122. Neque quae Schol. V ad Iliad. XXIV, 54 p. 630, Bekk. leguntur 'ὅς καὶ Ἐμπεδοκλῆς φησι, νέκυνες κοπρίων ἐκβλητότερα' Empedoclea iure habentur, cum Heraclito ea tribuant Strabo, Plutarchus, Pollux, Origenes, Julianus conf. Lassalle I, 320, 7 et Byw. p. 35 ad frgm. 55. Nam etiam quatuor Empedoclis elementa tribuebantur falso Heraclito a Plutarcho de Ei 18 p. 182 'πυρὸς θάνατος ἀέρι γένεσις cett.' Idem de prim. frig. 10, p. 948. M. Antoninus IV, 46 — ὅτι γῆς θάνατος ὕδωρ γενέσθαι καὶ ὕδατος θάνατος αἶρα γενέσθαι καὶ αἶρος πῦρ. Maximus Tyr. 4, p. 489 'ἀπὸ τοῦ πυρὸς θάνατον ὕδωρ καὶ τοῦ αἶρος θάνατον, γῆ τὸν ὕδατος'. Heraclitum enim tres tantum primarias naturas docuisse ex loco Clementis Alex. efficitur Strom. V, 14 pag. 72 'Πυρὸς τροπαὶ πρῶτον θάλασσαν' θάλασσης δὲ τὸ μὲν ἡμῶν γῆ, τὸ δὲ ἡμῶν περηστὴρ' Byw. frgm. XXI. Quartam autem naturam, aerem Heraclito a Stoicis imputatum esse, qui περηστῆρα pro aere acciperent, mihi quidem persuasit Lassallius II. pag. 87. 95.

His expositis oportet principia philosophiae Heracliti et Empedoclis inter se conferre. Primum in eo consentiunt, quod naturam primariam, unde omnes mundi partes proveniunt revertunturque eodem sempiternam esse dixerunt Heraclitus¹⁹ et Empedocles²⁰. Neque factum esse mundum ab aliquo deo Heraclitus²¹ voluit aut Empedocles²², sed deum ipsum esse, qui varias mundi condiciones induat atque percurrat; nihil enim interest apud utrumque inter deum et naturam principalem. Quem deum vel principalem naturam ignem esse vult Heraclitus, qui modo ex se gignat res omnes modo in se recipiat²³. Cuius primariae naturae sive ignis partes apud Empedoclem tribuuntur σφαῖρα, qui mundum eiusque partes tum progignere tum in se resolvere dicitur²⁴. Est enim ignis Heracliteus qui potestate, quod Graeci dicunt δυνάμει, in se continet reliquas naturas, est autem σφαῖρος Empedocleus, qui quatuor ex quibus omnia fiunt elementa, mixta inter se complectitur (conf. Zeller p. 707, A. 2). Qua in re statuenda uterque ad veterum physiologorum doctrinam propius accedere videtur. — Alterum est, quod in mundo ex una natura plures fieri revertique in unam easdem uterque statuit, quae sententia cum Eleatarum de ente immutabili doctrinae opposita esse videatur, non levis momenti est iudicanda²⁵. —

¹⁹) 'Κόσμον (τόνδε) τὸν αὐτὸν ἀπάντων οὔτε τις θεῶν οὔτε ἀνθρώπων ἐποίησε, ἀλλ' ἦν αἰὲ καὶ ἔστι καὶ ἔσται πῦρ αἰεῖζων, ἀπτόμενον μέτρα καὶ ἀποσβεννόμενον μέτρα. Byw. frgm. XX.

²⁰) ἢ δὲ τὰδ' (= πάντα) ἀλλάσσονται διαμπερὲς οὐδαμὰ λήγει, ταῦτ' ὁ αἰὲν ἔσται ἀκίνητον κατὰ κόσμον. Mullach. 72. 73.

²¹) τὸ πῦρ θεὸν ἐπισκίματον Ἰπασσος . . . καὶ . . . Ἡράκλειτος. Clemens. Coh. 42. C.

²²) πάντα μὲν ἐξείης πελειμίζετο γυνὴ θηοῖο [θεὸς est σφαῖρος]. Mullach. 180.

²³) πυρὸς ἀνταμείβεται πάντα καὶ πῦρ ἀπάντων, ὥσπερ χρόσος χρήματα καὶ χρημάτων χρόσος. Byw. frgm. XXII. πάντα τὸ πῦρ ἐπελθὼν κρινέει καὶ καταλήφεται. frgm. XXVI. Byw.

²⁴) διπλ' ἐρέω· τοτὲ μὲν γὰρ ἦν ἐξήθη μόνον εἶναι ἐκ πλεόνων, τοτὲ δ' αὖ διέην πλέον' ἐξ ἑνὸς εἶναι. Mullach. 62. 63. (τὸ ἦν est σφαῖρος).

²⁵) conf. A. 6. a) οὐκ ἐμεῦ ἀλλὰ τοῦ λόγου ἀκούσαντας ὁμολογέειν σοφὸν ἔστι, ἦν πάντα εἶναι (εἰδέναι codd. Bernays., Bergk., Zeller; εἶναι correxit Müller.) Byw. Heracl. frgm. I. b) οὐ ξενίᾳσι δόξας διαφερόμενον ἐκαστὸν ὁμολογέει. Byw. Heracl. frgm. XLV. c) ἐκ πάντων ἦν καὶ ἐξ ἑνὸς πάντα. Byw. Heracl. frgm. LIX.

Tertium, quod arctissimam Empedoclis cum Heraclito necessitudinem indicare potest, est elementorum, quae esse statuerunt, numerus atque condicio. Nam Heraclitus, etsi elementa, qualia ab Empedocle describuntur, nondum adhibuit²⁶ tamen tres potissimum naturas, quas ignis conversiones vocat statuisse putandus est (conf. pag. 17), quibus aerem, ab Heraclito partim mari partim igni adscriptum ut quartum elementum adiecit Empedocles²⁷. — Quarta similitudo est ea, quod elementorum inter se mutua transformatione singula quaeque in mundo oriri atque extinguere voluit Heraclitus²⁸, quod idem elementorum mixtione atque secretionem Empedocles fieri statuit²⁹, ita ut apud Heraclitum omnia fluminis instar ferri dicere potuerit Plato *κατὰ Ἡράκλειτον οἶον ῥεύματα κινεῖσθαι τὰ πάντα* Theaet. 160, D; *καθ' Ἡράκλειτον ἂν ἡγοῖντο τὰ ὄντα ἰέναι τε πάντα καὶ μένειν οὐδέν* Crat. 401, D. — de mundo Empedocleo Aristoteles dixerit *ἐν μέρει κινεῖσθαι καὶ πάλιν ἡρεμεῖν* Phys. VIII, 1. 250, ubi verba *ἐν μέρει κινεῖσθαι* eum mundi statum ostendunt, quo in singulas res dissolutus est *σφαῖρος*. — Summa autem utriusque doctrinae similitudo cernitur, si legem quaerimus, qua cum mundi totius tum singularum rerum fata temperari uterque statuit. Voluit enim Heraclitus legem quandam esse totius naturae, quam *λόγον* dixit atque in initio libri sui de natura exposuit³⁰ sempiternam esse et normam omnium quae fiant³¹. Quam legem (*γνώμην*) novisse unam esse sapientiam (conf. supra pag. 5, 21.) Huius legis ea est vis ut contrariam sibi quidque naturam induat³². Eam autem in rem contrariam cuiusque rei conversionem *τὴν ἐναντίαν ῥοήν* nominavit Plato; *διὰ τῆς ἐναντιοτροπῆς ἡρμόσθαι τὰ πάντα* explicavit Diogenes L. (IX, 7); *λόγον ἐκ τῆς ἐναντιοδρομίας δημιουργόν τῶν ὄντων* explanavit Stobaeus (Eclog. Phys. p. 58). Unaquaeque igitur res secundum Heraclitum consistit ex duobus contrariis³³. Hoc est bellum Heracliti, quem omnium rerum parentem et regem nuncupavit³⁴, haec est discordia, cuius vi omnia fieri voluit³⁵, haec est necessitas, quam in omnium rerum ortu obtinere docuit³⁶.

Cum vero contraria inter se invicem permutari non desinant in uno eodemque esse contraria necesse est; hoc est quod dicit, quamque rem esse eandem atque sibi contrariam. *Συνάψεως οὐλα καὶ οὐχὶ οὐλα, συμφερόμενον διαφερόμενον, συνᾶδον διαδόν· ἐκ πάντων ἐν καὶ ἐξ ἐνὸς πάντα* fragm. LIX. Byw. *Ἀγαθὸν καὶ κακὸν ταὐτόν* Byw. fragm. LVII. *Οὐ ξυνίασι ὅπως διαφερόμενον ἐωντῶ ὁμολογέει* Byw. fragm. XLV. *καὶ ἡ φησιν Ἡράκλειτος, ταὐτ' εἶναι ζῶν καὶ τεθνηκός, καὶ τὸ ἐργηγορός καὶ τὸ καθεῦδον, καὶ νέον καὶ γηραιόν· τάδε γὰρ μεταπεσόντα ἐκείνᾳ*

²⁶) Zeller pag. 617, 1.

²⁷) conf. supra pag. 8, 41.

²⁸) conf. 35.

²⁹) conf. pag. 10, 3.

³⁰) Aristoteles Rhetor. III, 5. p. 1407 B ἐν τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ (Ἡρακλείτου) τοῦ συγγράμματος. . . . conf. etiam Lassalle II, 269 cett.

³¹) Τοῦ δὲ λόγου τοῦδ' ὅντος αἰεὶ αἰνέται γίνονται ἄνθρωποι. καὶ πρόσθεν ἢ ἀκοῦσαι καὶ ἀκούσαντες τὸ πρῶτον. γινόμενον γὰρ πάντων κατὰ τὸν λόγον τόνδε. . . . Byw. Heracl. fragm. II.

³²) conf. Lassalle I p. 328.

³³) Philo. qu. rer. div. haer. p. 510. I p. 505 M.

³⁴) Πόλεμος πάντων πατήρ ἐστι πάντων δὲ βασιλεὺς. Byw. Heracl. frgm. XLIV.

³⁵) Εἰδέναι χρὴ τὸν πόλεμον ὄντα ξυγόν, καὶ δίκην ἔριν· καὶ γινόμενα πάντα κατ' ἔριν. . . . Byw. Heracl. frgm. LXII.

³⁶) Ἔστι γὰρ εἰμαρμένη πάντως. . . . Byw. Her. frgm. LXIII. Stobaeus Ecl. I, 5, p. 178 *Ἡράκλειτος οὐσίαν εἰμαρμένης ἀπεφήνατο λόγον τὸν διὰ οὐσίας [τῆς] τοῦ παντός διήκοντα . . . , πάντα δὲ καθ' εἰμαρμένην, τὴν δ' αὐτὴν ὑπάρχειν καὶ ἀνάγκην.*

ἔστι καὶ ἐνταῦθα πάλιν μεταπεσόντα ταῦτα.' Plut. Consol. ad Apoll. 10, p. 106. Hanc rerum oppositarum unitatem harmoniam nominavit Heraclitus³⁷. At ea est harmoniae vis, ut cum ex discordibus existat in discordiam rursus convertatur; hoc est quod dicit 'παλιντροπος ἁρμονίη ἰκωσπερ τίξον καὶ λύρης'. Byw. fragm. LVI. Haec Heracliteae doctrinae principia in tabula quo magis conspicua sint, sic describere licet:

λόγος; (ἢ ἐναντία ῥοή); γνώμη; εἰμαρμένα duobus efficitur contrariis his:

ἕρις (ex uno plura) (πόλεμος)

ἁρμονίη (ex pluribus unum)

Nunc videamus, quantum Empedoclis principia Heracliteis respondeant. Quod Heraclitus lege quadam omnia gubernari dixit, hoc Empedocles ita docuit, ut πλατὺν ὄρκον esse diceret, quo mutationes universi mundi describerentur³⁸, quod appellavit etiam ἀνάγκης χρεῖμα, θεῶν ψήφισμα παλαιὸν αἰδίων, πλατέεσσι κατεσφρηγισμένον ὄρκοις. (Mull. v. 1. 2.), quo foedere effici statuit, ut amor et discordia per vices regnent³⁹ ita quidem ut per amorem omnia in unum coeant⁴⁰, per discordiam omnia deinceps segregentur⁴¹. Discordiam autem nominat νεῖκος sive δῆριον (v. 23 Mull.) sive κακὰς ἐρίδας (v. 185 Mull.), amorem φιλίαν sive φιλότητα sive ἁρμονίην sive aliis nominibus (conf. pag. 10). Jam videbis, quantum principia Empedoclis cum illis fere ad nomina congruant quae Heracliti supra disposita sunt. Sunt enim haec:

πλατὺς ὄρκος; (θεῶν ψήφισμα); ἀνάγκης χρεῖμα;

νεῖκος (ex uno plura) (δῆρις; ἐρίδες)

φιλία (ex pluribus unum) (φιλότης; ἁρμονίη)

Itaque cum quanta sit in parte naturali atque in principiis philosophiae duorum illorum philosophorum inter se cognatio iam satis appareat, non dubito Zelleri iudicio adstipulari, quod pag. 756 de hac re tulit, qui postquam de Empedoclis cum Parmenide sententiarum in nonnullis rebus similitudine pag. 750—756 optime disseruerit, addit 'In allen diesen Zügen spricht sich eine Denkweise aus, welche sich von der des Parmenides ebensoweit entfernt, als sie sich andererseits der heraclitischen annähert; und diese Verwandtschaft geht auch wirklich so weit, dass wir zu der Annahme genöthigt sind, Heraclits Lehre habe auf Empedocles und sein System entscheidend eingewirkt.' Quod enim Zellerus pag. 757 suspicatus est dicens 'Da nun überdies auch das Altersverhältniss beider Männer die Annahme begünstigt, Empedocles sei mit Heraclits Schrift bekannt gewesen, ... so können wir um so weniger bezweifeln, dass zwischen den Ansichten der beiden Philosophen nicht blos eine innere Verwandtschaft, sondern auch ein äusserer Zusammenhang stattfindet. ...' huius rei duo luculentissima in fragmentis Empedoclis mihi videor invenisse vestigia. Nam Empedocles, si in philosophiae suae principiis ponendis Heraclitus quae tradiderit ante oculos habuisse recte a nobis statuitur, si qua in re ab Heraclito alienam sequeretur sententiam, tanti hoc ei visum esse momenti consentaneum est, ut hanc ab illo discrepantiam expressis

³⁷) καὶ Ἡράκλειτος τὸ ἀντίξουν συμφέρον, καὶ ἐκ τῶν διαφερόντων καλλίστην ἁρμονίαν, καὶ πάντα κατ' ἐξιν γίνεσθαι. Aristot. Eth. Nicom. VIII, 2, p. 1155.

³⁸) τέλειομένοιο χρόνιοι,

ὅς σφιν (amori et discordiae) ἀμοιβαῖος πλατέος παρελήλαται ὄρκον 178. 179 Mull.

³⁹) ἐν δὲ μέρει κρατέουσι (amor et discordia) περιπλομένοιο κύκλιο ... Mull. v. 147.

⁴⁰) αὐτὰρ ἐπεὶ νεῖκος μὲν ἐνέρτατον ἦκετο βένθος

δίνης, ἐν δὲ μέσῃ φιλότης στροφάλιγγι γένηται,

ἐνθ' ἥδη τάδε πάντα συνέρχεται, ἐν μόνον εἶναι, Mull. 163. 165.

⁴¹) αὐτὰρ ἐπεὶ μέγα νεῖκος ἐνὶ μελέεσσιν ἐθρόεφθη . . .

πάντα μάλ' ἐξείης πελεμίζετο γνῖα θεοῖο. Mull. 177. 180.

verbis urgeret. Empedocles autem, qua ab Heraclito dissenserit statim cognoscitur, si quem ad modum principiis suis philosophandi, propemodum alteri paribus, ad mundi qualis nunc est statum efficiendum uterque usus sit quaerimus. Atque apud Heraclitum quidem per discordiam ex uno igne fiunt aqua et terra, quam principalis naturae in corpora crassiora mutationem nominat *ὁδός κάτω*; eosdem per gradus in ignem rursus resolvitur omnis natura, quam rerum in ignem reditum appellat *ὁδός ἄνω*. Has duas vias, alteram ab altera segregari vetuit, immo unam eandemque esse expressis verbis dicit. Quae res ut perdifficilis est ad cogitandum, ita ex contrariarum rerum unitate, quam posuit Heraclitus necessario sequitur. Heracliti igitur mundi conversiones hac tabula describi possunt:

Heracliti:

λόγος. γνώμη.

(*πυρὸς ἀνταμείβεται πάντα καὶ πῦρ ἀπάντων*) Byw. fragm. XXII

πῦρ αἰεῖζων (θεός) frgm. XX Byw.

ὁδός κάτω (ἔρις)

ὁδός ἄνω (ἀρμονία)

(*πυρὸς τροπαὶ πρῶτον θάλασσα· θαλάσσης δὲ* (*πάντα τὸ πῦρ ἐπελθὼν κρινέει καὶ κατα-*
τὸ μὲν ἡμῖν γῆ τὸ δὲ ἡμῖν πρηστήρ frgm. XXI Byw. *λήψεται*) Byw. frgm. XXVI

ὁδός ἄνω κάτω μία καὶ ἑνότης frgm. LXIX Byw.

Empedocles autem ex sphaera discerni quatuor elementa voluit per discordiam, quae in certum tempus in mundo regnet quoad omnia ita sint segregata, ut singulae res oriri iam nequeant. Deinde per amorem cuncta misceri atque conglobari statuit donec *σφαῖρος* rursus existat, in quo propter mixtionis perfectionem singulae quaeque res mortales tanquam in unum mundi corpus sint resolutae. Itaque Empedoclis mundi conversiones ita in tabula disponi possunt.

Empedoclis:

ἀνάγκης χοῦμα (θεῶν ψήφισμα)

(*τοτὲ μὲν γὰρ ἐν ἡῤῥήθῃ μόνον εἶναι ἐκ πλεόνων,*

τοτὲ δ' αὖ διέφν πλεόν' ἐξ ἑνὸς εἶναι

Mull. Emp. v. 61. 63

σφαῖρος (θεός) (amor regnat.)

διάλλαξις μιγέντων (νεῖκος)

μῖξις (φιλία)

*ἄλλοτε δ' αὖ δίχ' ἕκαστα*φορέμενα*

(*ἄλλοτε μὲν φιλότῃ συνερχόμεν' εἰς*
ἐν ἅπαντα. Mull. v. 77.)

νεῖκος ἔχθρ. Mull. v. 78.

πάνεχθρὸν γὰρ ἐν ἡῤῥήθῃ αἰστοργὸν καὶ ἄκρητον
Mull. v. 74. (discordia regnat.)

(amor oritur.)

τάδ' ἀλλάσσοντα διαμπερὲς οὐδαμὰ λήγει Mull. v. 157.

Unde perspicuum est, quae una eademque esse Heraclitus dixerat contraria (*ὁδός ἄνω, ὁδός κάτω; ἔρις, ἀρμονία; πῦρ; θάλασσα γῆ πρηστήρ;*) ea temporum intervallis dissociasse Empedoclem, quod Plato loco pag. 16 citato rectissime docuit, Heraclitum (*αἱ συντονώτεροι τῶν Μουσῶν*) dixisse '*διαφερόμενον γὰρ αἰεὶ ξυμφέρεται*'; Empedoclem vero hoc '*αἰεὶ ταῦτ οὕτως ἔχειν*' remisisse (*ἐχάλασεν*) tum quidem unum esse dicentem mundum et concordem per amorem, tum vero ex multis constare et discordem esse per odium. Verum altera eaque gravissima discrepantia inter legem Heracliti, qua fieri omnia voluit, et inter Empedoclis quod dixit *ἀνάγκης χοῦμα* est. Lex enim ea est, quae intellegitur vel intellegi certe potest ab iis, quibus data est; necessitas autem est, cui paretur etiamsi non cognosci possit, unde eius ratio sit repetenda. Heraclitus igitur cum legem illam contrariorum in se invicem redeuntium parentem dominumque omnium quae in mundo fierent docuisset, perspexisse sibi visus est rerum universarum naturam; quin

etiam se unum omnium rerum naturam novisse aperte professus est. Procl. in Tim. p. 106: *“Ἡράκλειτος μὲν ἑαυτὸν πάντα εἰδέναι λέγων, πάντας τοὺς ἄλλους ἀνεπιστήμονας ποιεῖ.”* Ps. Origenes Philosophum. I, c 4. p. 884: *“Ἡράκλειτος . . . αὐτὸν μὲν γὰρ ἔφασκε τὰ πάντα εἰδέναι, τοὺς δὲ ἄλλους ἀνθρώπους οὐδέν.”* Longe aliter de hac re statuit Empedocles. Is enim cum per amorem atque discordiam omnia in mundo fieri cum Heraclito contenderit, tamen rationem cur amor discordiaque per vices regnare deberent, reddidit nullam, nisi quod necessitatis sive deorum hoc decretum nuncupavit. Neque igitur Empedocles rerum omnium naturam penitus sibi videri potuit perspexisse. Atqui si Heraclitum philosophandi ducem ita habuit, ut nos comprobare studemus, tum vero huius in re gravissima dissensionis sibi conscius fuisse existimandus est. Quod ita affirmaverim, ut haec Empedoclis verba contra ipsum Heraclitum scripta esse mihi persuaserim:

*“Στεινωποὶ μὲν γὰρ παλάμαι κατὰ γυῖα κέχυνται,
πολλὰ δὲ δεῖν’ ἔμπαια, τάτ’ ἀμβλύνοσσι μερίμνας,
παῦρον δὲ ζώῃς ἄβιον μέρος ἀθρήσαντες,
ὠκύμορφοι, καπνοῖο δίκην ἀρθύντες ἀπέπταν,
αὐτὸ μόνον πεισθέντες, οὔτ’ προσέκνυρσεν ἕκαστος,
πάντοσ’ ἐλαννόμενοι· τὸ δ’ ὅλον πᾶς εὔχεται εὔρεῖν
αὐτῶς. Mull. 36—42.*

Nam quae Heraclitum ostendere puto verba cum a codicibus ita praebeantur: *τὸ δ’ ὅλον εὔχεται εὔρεῖν οὔτως*, optime complevit versum *τὸ δ’ ὅλον πᾶς εὔχεται εὔρεῖν* Bergkiius atque pro οὔτως, quod sensum non reddit αὐτῶς scripsit Karstenius. At etiamsi num Bergkiius rectum invenerit dubitari potest, (*τὸ δ’ ὅλον μὰς εὔχεται εὔρεῖν* Steinius Zellerus malunt) tamen sensum verborum alium esse non posse ex iis intellegi licet quae antecesserunt et quae sequuntur

*“οὔτ’ ἐπιδεκτὰ τάδ’ ἀνδράσιν οὔτ’ ἐπακουστά,
οὔτε νόῳ περιληπτὰ. Σὺ δ’ οὖν, ἐπεὶ ὦδ’ ἐλιάσθης,
πέύσαι οὐ πλέον ἢ βροτείῃ μῆτις ὁράται. Mull. 43—46.*

Alia etiam in re ab Heracliti sententia deflexit Empedocles. Qui cum in mundo qui nunc est explicando iisdem fere utatur principiis atque Heraclitus, quod supra satis ostensum est, idem cum suas in mundo constituendo unicuique assignat partes ab Heraclito recedit. Atque cum apud Heraclitum omnia in mundo contrariis constituentur, quorum in una quaque re coniunctio etsi harmonia dicatur tamen ex discordibus sive per discordiam oritur, Empedocles mistione elementorum singula quaeque oriri doceat⁴², cuius mistionis causam dicit amorem — hanc amoris vim si discordiae Heracliteae, quod nos volumus, opposuit, haec de amore doctrina magnum ei videri debuit habere pondus. Verba autem quae Empedocles scribit de amore:

*τὴν (φιλότητα) σύ νόῳ δέσκειν μὴδ’ ὄμμασιν ἤσο τεθριπῶς·
ἦ τις καὶ θνητοῖσι νομίζεται ἔμφυτος ἄρθροις,
τῇ τε φίλα φρονέουσ’ ἰδ’ ὁμοῖα ἔργα τελοῦσι,
γηθοσύνην καλέοντες ἐπώνυμον ἡδ’ Ἀφροδίτην·
τὴν οὔτις διὰ παντὸς ἐλισσομένην δεδάηκε
θνητὸς ἀνὴρ. Mull. 82—87;*

luculenter mihi indicare videntur doctrinam suam de amore ut rerum singularum fabricatore Empedoclem Heracliti de discordia ut rerum parente dogmati opposuisse ipsum. Nam sive cum

⁴²) *Τῶν δὲ τε μισγομένων χεῖρ’ ἔθνητα μυστὰ θνητῶν
παντοίης ἰδέσθαι ἀσπρότα, θαῦμα ἰδέσθαι. Mull. 204. 205.*

Mullachio v. 86 legimus *διὰ παντός* sive, quod praestat, cum Panzerbietero Steinio Zellero *μετ' ὅλοις*, cum codices praebeant *μετ' ὅσοις* quod desperatum est, hoc nemo infitias ibit, his verbis doceri amorem ut vim quae per universum mundum pateat ab Empedocle primum esse positum.

Iam cum demonstrasse mihi videar, non solum permagnam Empedoclis cum Heraclito philosophandi communionem esse sed etiam ducem in philosophia illum huic fuisse ita quidem, ut in iis, quae contra Heraclitum disputaret Empedocles suae philosophiae praestantiam ipse denotaret, ad quaestionem de animarum migratione redeamus, quam cum praeceptis physicis doctrinae Empedocleae coniungi non posse, si Pythagoram ille in ea re secutus esse statuatur priore parte demonstravimus. Ac mihi quidem in hac quoque doctrinae parte persuasum est, vestigia pressisse Empedoclem Heracliti. Heraclitus enim talem in modum de animis videtur statuisse: Animum, quem dixit, nihil aliud nisi ignem esse ex Themistii de an. 67 elicias *‘καὶ γὰρ Ἡράκλειτος δὲ ἦν ἀρχὴν τίθεται τῶν ὄντων, ταύτην τίθεται καὶ ψυχὴν. πῦρ γὰρ καὶ οὗτος.’* Cum vero ad animos quoque ut ad omnes res perpetua illa mutatio pertineat, esse ei non poterunt, si corporibus fuerint privati, quippe cum ignem quo in perpetua mutatione servantur illi, ex aere circumfuso corporeos per sensus atque per spiritum ab animis imbibere voluerit. (conf. Sextus Emp. adv. Math. VII, 127.) Itaque Heraclitus — id quod supra de Empedocle demonstratum est (conf. pag. 11.) — de animorum diuturnitate loqui non potuit. Sed tamen Iamblichus apud Stob. Ecl. ph. I, 906 haec de Heraclito tradidit *‘Ἡράκλειτος μὲν γὰρ ἀμοιβὰς ἀναγκαίως τίθεται ἐκ τῶν ἐναντίων ὁδὸν τε ἄνω καὶ κάτω διαπορεύεσθαι τὰς ψυχὰς ὑπέιληψε καὶ τὸ μὲν τοῖς ἀνθρώποις ἐπιμένειν κάματον εἶναι, τὸ δὲ μεταβάλλειν φέρειν ἀνάπαντιν’.* Quae verba si de igne divino quam etiam animam Heraclitus dixit varias elementorum formas percurrente revertenteque mutationum orbe finito in propriam naturam intelleguntur, nullam omnino praebent difficultatem ad explicandum, modo ne de singulis animis cogitemus, qui ex feliciore quadam vitae condicione in corpora descendant, quibus dissolutis pro dignitate sua in feliciorem vitae statum rursus perventuri sint. At cum ex aliis locis vel singularum animarum diuturnam condicionem docuisse videri possit Heraclitus, in huncce modum Zellerus disseruit: „Er übertrug also auf die Einzelseelen, was folgerichtig allerdings nur von der allgemeinen Seele oder dem beseelenden göttlichen Feuer gesagt werden konnte“. pag. 648. At vero ex locis a Zellero allatis de singularum animarum immortalitate certi quidquam non potest statui. Nam verba *‘ἀνθρώπους μένει τελευτήσαντας ἄσ’ οὐκ ἔλπονται οὐδὲ δοκέουσιν’* Byw. frgm. CXXII [Zellerus legit pro *τελευτήσαντας* *ἀποθανόντας*] incertum est num de immortalitate quidquam significant; quae praeterea adfert dicta, quibus honeste defunctis merces proponitur *‘Μόροι γὰρ μέζονες μέζοντας μοῖρας λαγχάνουσι’* frgm. CI. Byw. atque *‘Ἀρχηγάτους θεοὶ τιμῶσι καὶ ἄνθρωποι’* frgm. CII. Byw. ea de gloriae immortalitate potius intellegenda videntur, quam unam ante omnia optimum quemque concupiscere dixit *‘αἰρεῖνται γὰρ ἐν ἀντία πάντων οἱ ἀριστοὶ, κλέος ἀέναον θνητῶν’* frgm. CXI. Byw. Atque verba *‘οὐ τι θεοὺς οὐδ’ ἥρωας οἰτινὲς εἰσι’* illam de daemonibus heroibusque doctrinam aspernari mihi videntur, quod ex tenore eorum quae antecedunt probabile fit *‘καὶ τοῖς ἀγάλμασι τοντέοισι εὐχονται, ὁκοῖον εἰ τις τοῖς δόμοισι λεσχηνεύοιτο, οὐ τι γινώσκων θεοὺς οὐδ’ ἥρωας, οἰτινὲς εἰσι’* frgm. CXXVI Byw. Iam ex verb. Hippol. Refut. IX., 10 *‘ἐνθαδε ἐόντι (Bern. ζόντας) ἐπαντίσασθαι καὶ φύλακας γίνεσθαι ἐγερτιζόντων (Bernays ἐγερτὶ ζώντων) καὶ νεκρῶν,* quibus Zellerus effici putat, daemones custodes esse cum vivorum tum mortuorum, cum quid significant minime constet inter interpretes (enf. Lassalle I, 185) statuere aliquid haud ausus sim. Ex his vero *‘Ἡράκλειτος εἶπεν ὅτι αἱ ψυχαὶ δσμῶνται καθ’ ἑαυτὰς’* frgm. XXXVIII. quid statuemus? cum Zellerus ipse concedat p. 648, 3. *‘Der Sinn dieser Worte ist dunkel’.* Denique quod verba *‘πάντα ψυχῶν εἶναι καὶ δαιμόνων πλήρη’* ad singularum animarum

immortalitatem demonstrandam attulit Zellerus p. 649, de huius quidem loci natura ipse p. 611, 1 aliter statuere videtur, cum dicit 'In diesem pantheistischen Sinn werden wir wohl auch das zu verstehen haben, was Aristoteles part. an. 1, 5. 645 erzählt, dass Heraklit Fremden, die ihm in seiner Küche ihren Besuch zu machen Bedenken trugen, zugerufen habe: εἰσέλθαι θαρροῦντας, εἶναι γὰρ καὶ ἐνταῦθα θεός. Vgl. Diog. IX, 7: 'πάντα ψυχῶν εἶναι καὶ δαιμόνων πλήρη'. Itaque cum ex his de quibus modo dictum est locis de singularum animarum immortalitate mea quidem sententia nihil proficiatur, quod Lassallius quoque intellexit qui docuit I, p. 143 seqq. Heraclitum ubi de anima diceret, ignem intellexisse quem rerum omnium animam nominaret neque de singulis animis accipi posse, quae leguntur ab eo dicta, cum accedat quod animarum singularum per gradus perfectionem proprio sensu eum statuere non potest demonstrari, quod tametsi de animis, daemonibus heroibus deis interdum dicit tamen nullum inter hos statuit discrimen ut ii qui daemonologiam proprio sensu professi sunt (conf. Lassalle I, 274), sed promiscue iis nominibus utitur ad divinum ignem significandum (conf. Lassalle I, 275), his de causis facere non possum quin Teichmüllerum rectum viderem statuam, qui pag. 75 contra Schusterum disputans dicit 'Für mich ist kein Widerspruch vorhanden, da ich eine Unsterblichkeitslehre bei Heraclit nicht annehmen kann'. Jam si quaeratur qui fieri potuerit, ut Heraclitus, qui de singulorum animarum immortalitate dicere non debuit, de animis in corpora descendantibus atque rursus ad deos escendentibus in libro suo exposuerit, illud inter omnes constat, Heraclitum consuevisse praecepta sua variis imaginibus involvere ut perdifficile saepenumero esset dignoscere, quae verbis eius subiecta sit significatio. Quod Zellerus animadvertit qui p. 571 A. dicit: 'Seine Dunkelheit scheint vielmehr theils von der allgemeinen Schwierigkeit philosophischer Darstellungen für jene Zeit, theils von der individuellen Eigenthümlichkeit des Philosophen herzurühren, der seine tiefsinnigen Anschauungen in möglichst prägnante und feierliche, grossentheils bildliche Ausdrücke fasste. . .'. Hoc enim genus dicendi ad veritatem proxime accedere ei videbatur, cum imitaretur deum Apollinem, de quo haec praedicavit 'Ὁ ἀναξ οὐ τὸ μαντεῖόν ἐστι τὸ ἐν Δελφοῖς, οὔτε λέγει οὔτε κρύπτει, ἀλλὰ σημαίνει.' frgm. XI Byw. atque Sibyllam de qua haec illius exstant verba 'Σίβυλλα δὲ μαινομένη στόματι ἀγέλαστα καὶ ἀκαλλώπιστα καὶ ἀμύριστα φθεγγόμενη χιλιῶν ἑτέων ἔξικνέται τῇ φωνῇ διὰ τὸν θεόν.' Byw. fragm. XII. Eandem fere in sententiam accipiendum est quod Heraclides Alleg. Hom. p. 442 scribit 'ὁ γοῦν σκοτεινὸς Ἡράκλειτος ἀσάφη καὶ διὰ συμβόλων εἰκάζεσθαι δυνάμενα, θεολογεῖ τὰ φυσικά. . . ὅλον δὲ τὸ περὶ τῆς φύσεως αἰνιγματώδες ἀλληγορεῖ.'

Quibus autem imaginibus lubentissime ad sententiam suam exponendam Heraclitus usus sit, hoc a Lassallio multis locis luculenter expositum est quorum duo apponantur 'Um aber diesen seinen speculativen Begriff darzustellen, gebraucht er als Material die Dogmen persischer, ägyptischer und orphischer Religionslehre' atque paullo infra 'Ephesus aber, dieser Marktplatz der verschiedensten Religionen, wo vorderasiatische, phrygische und ägyptische Religionslehren mit den hellenischen zusammentrafen und sich in dem Cultus der grossen Artemis in Attributen und Symbolen vereinigten, war der eigentliche Ort für solches Thun'. Lassalle I, 16. 17. Atqui doctrina illa de animorum descensu atque escensu (ἀνοδος καὶ κάθοδος) unde profluit illa de animorum per varia corpora migrationibus opinio, ab Aegyptiis profecta per Orphicos atque Pythagoreos tota Graecia mysteriis divulgata erat (conf. Lassalle pag. I, 183 atque Zeller p. 56. 57.) quam doctrinam si proprio neque quo Heraclitus voluit sensu acciperetur in mysteriis haud scio an perstrinxerit Heraclitus hisce verbis 'Τὰ γὰρ νομιζόμενα καὶ ἀνθρώπους μυστήρια ἀνιερῶσι μνεῦνται' frgm. CXXV Byw. Jam videamus de Empedocle. Empedocles quem animorum

singulorum immortalitatem, si sibi constare voluit non potuisse docere supra (pag. 11.) demonstratum est, tamen similia atque Heraclitus de animorum in corpora descensione atque de daemonibus heroibus deis longaevis scripsit (conf. supra pag. 12.). Quidni statuamus Empedoclem et ipsum his quae inter multos pervulgata essent dogmatibus quasi involutam tradidisse aequalibus doctrinam suam, cum hac quoque in re ducem sequi posset Heraclitum, quem ante oculos haberet in principiis philosophiae? Namque Empedoclem quoque per allegoriam aut per trita omnibus vocabula interdum significare quae aliter intellexeret ex scriptis eius colligere potes, quippe qui elementa saepenumero nominibus deorum expresserit ut:

Ἐτέσσαρα τῶν πάντων ζιζώματα πρῶτον ἔασι·

Ζεὺς ἀργῆς Ἥρη τε φερέσβιος ἡδ' Αἰδωνεύς

Νῆστις δ' ἡ δακρύων τέγγει κροῦνῶμα βρότειον. Mull. 159—162.

ita ut idem quod de Heraclito contendit Heracleides — *θεολογεί τὰ φυσικά* — non minus de Empedocle dici possit, atque qui versibus 108 seqq. se ipsum quoque falsis hominum de ortu atque de obitu opinionibus sese accommodare pronuntiaverit, cum quae vera rei condicio esset, haud ignoraret:

Οἱ δ' ὅ, τι κεν κατὰ φῶτα μίγν' φάος αἰθέρος ἔκῃ,

ἢ κατ' ἀγροτέρων θηρῶν γένος ἢ κατὰ θάμνων

ἢ κατ' οἰωνῶν, τόγε μὲν φάσκουσι γενέσθαι·

εὔτε δ' ἀποκρινθῶσι, τὸ δ' αὖ δυσδαίμονα πότμον

ἀπρεπέως καλέουσι, νόμφ δ' ἐπίφημι καὶ αὐτός. Mull. v. 108—112.

Jahresbericht

von Ostern 1877 bis Ostern 1878.

I. Chronik.

In Folge des Anwachsens der Schülerzahl ist eine Theilung der Klasse Secunda in zwei räumlich geschiedene Abtheilungen nothwendig geworden. Durch Ministerialverfügung vom 11. November 1876 wurde der Direction aufgegeben sich in eingehend motivirtem Berichte unter Aufstellung einer Uebersicht über die Frequenzverhältnisse und mit Rücksicht auf möglichste Sparsamkeit darüber zu äussern, ob die Theilung bereits für die im Jahre 1878 beginnende Finanzperiode in Aussicht zu nehmen sei. Eine genaue Berechnung, bei der auch diejenigen Umstände nicht übersehen wurden, welche herabmindernd auf die Schülerzahl wirken konnten, wie die Gründung des Gymnasiums zu Jena und die Verlegung der Gerichtshöfe von Eisenach, stellte deutlich heraus, wie wünschenswerth es sei, die Theilung der Klasse nicht weiter hinauszuschieben. Das hohe Ministerium erkannte die angeführten Gründe als berechtigte an. Nach genauer Veranschlagung der entstehenden laufenden Mehrausgaben, zu denen die Kosten für eine bauliche Erweiterung der Schulräume im Betrage von 18828 Mk. 80 Pfg. kamen, wurde an den versammelten Landtag des Grossherzogthums der Antrag auf Verwilligung der nöthigen Mittel gestellt und von demselben in der Sitzung vom 26. März 1877 mit geringer Majorität genehmigt.

Um die Räumlichkeiten für die erweiterte Schule zu gewinnen, lag es nahe die alte Kirche, welche dereinst den wesentlichsten Bestandtheil des Dominikanerklosters bildete, seit mehr als 300 Jahren aber als Kornboden benutzt wird und als solcher nur einen geringen Miethertrag gewährt, für das Bedürfniss der Anstalt zu verwenden. Der Kreuzgang des Vorderhauses sollte zu diesem Behuf völlig freigelegt und die zum oberen Stockwerk führende Treppe nahe an die Kirchwand herangerückt werden. Mittels derselben sollte man innerhalb der Kirche in eine geräumige Vorhalle gelangen, rechts von dieser aber ein grosser Zeichensaal hergestellt werden, welcher durch die drei nach dem Predigerplatz zu gerichteten Spitzbogenfenster der Kirche Licht empfing. Links von der Vorhalle konnte dann eine stattliche Aula mit sechs Gotischen Fenstern auf der Südlichen Langwand angelegt werden. Hinter derselben wäre noch genügender Platz vorhanden gewesen, um entweder die Bibliothek unserer Anstalt würdig und feuersicher unterzubringen, oder der Vorschule für die beiden Gymnasien, welche jetzt mit gemietheten Räumen vorlieb nehmen muss, eine bleibende Stätte zu bereiten (Ministerialrescript vom 2. Nov. 1876). Im Erdgeschoss der Kirche endlich sollte durch Herstellung einer geräumigen Turnhalle für die drei grossh. Lehranstalten einem von Jahr zu Jahr schmerzlicher empfundenen Bedürfniss abgeholfen werden. Die Kosten dieses Baues waren auf 40—50000 Mark veranschlagt. Allein eine nochmalige Prüfung des Gebäudes von Seiten der Grossherzoglichen Oberbaubehörde ergab, dass die Mauern der Kirche im Laufe der Jahrhunderte so aus dem Loth gewichen sind, dass nach Wegnahme des im Innern befindlichen Sparrenwerks ein Einsturz zu befürchten schien. Dieser Umstand, so wie die Höhe der Kosten, nöthigte von dem Plane die Kirche zu verwenden abzustehen. Die Hoffnung die ehemaligen Klostergebäude vollständig wieder einem und demselben würdigen Zwecke dienstbar zu machen ist dadurch auf lange Zeit, vielleicht für immer, vereitelt worden. — Es blieb noch ein Ausweg übrig, um die fehlenden Räumlichkeiten zu beschaffen. Derselbe bestand darin die einspringende Ecke zwischen dem östlichen und südlichen Theil der Klostergebäude auszubauen. Darauf wies die Anlage des Ganzen hin, darauf weist noch heute die gleiche

